intelligitur saturnus. per scōam iupiter. per tertiā mars. similiter per tres alias lras sequentis dictionis significant sol venus z mercurius et post istos sex luna sequitur. Si aūt computationē z ordinē harū nouē spherarū ascendēdo habere voluerimus hos versus retineam⁹. Luna stat in prīo. mercuriusq; secundo. Ac venus in terno. sol vult lucescere quarto. Mars nitet in quinto. sed iupiter ordine sexto. Saturnus celo septeno sistit alto. Octauo celo tibi stellas esse revelo. Stat cristallinū super istos luce serenū. Et scōm hanc computationē phi celum stellatum octauā spherā vocant primū aūt mobile nonā spherā. Et inter spheras planetarum vt dicit textus quedā sunt maiores ille scz que plus accedunt ad firmamētū z plus recedūt a nobis. quedā sunt minores ille videlicet que plus recedūt a firmamēto plusq; accedunt ad nos. vñ inter illas septē sphera saturni maxima est. sphera vero lune mīma. ¶ Alia vero astrologorum modernior z recentiorum scz Alphonsi regis hyspanie Johannis de ligneris Georgij purbachi Johannis de monte regio pluriūq; alior sētētia fert et q̄dē satis p babiliter preter has nouem spheras iam dictas et super eas omnes aliam decimā esse spheram que quidem primum mobile simpliciter est et vnico/simplicissimo/regulatissimoq; motu diurno circūfertur. nona autem sphera propie scōz mobile dicitur. duplici nāq; motu fertur vt postea apparebit. sub hiis autem duabus etiam isti octauam spherā triplicem habentem lationem. septēq; planetarum spheras collocāt z ordināt sicut alij. ¶ Preter hos celos naturaliter cognitos sacri theologi celum aliud empyreum id est igneum ponunt non quidem a proprietate et natura sed a resplendore sic dictum qō (quia locus beatorū et quietis est) īmobile asserunt. vtrum autem in hec inferiora sicut ceteri celi influat satis dubitant. sed partem affirmatiuam tenentes stabilitatem /pmanētiam /z fixiorem rerum inferiorum sua quiete influere ipsum dicunt. res enim inferiores propter aliorum nouem celorum citissimos motus continuo defluerent nisi huius empirei celi quiete aliquo modo detinerentur. Econtra autē alij influxum huius sphere negantes ipsam dicunt non ptinere ad ordinem mūdi corporalis. Sed huius celi tractatū (eo q̄ non via naturali sed sola fide et diuina revelatione cognoscit) merito auctor preterit. solum spherarum celestium que ex motibus sunt cognoscibiles doctrinam tradere curans. ¶ Circa hūc textū occurunt tres difficultates. prima vtrū tota regio celestis sit vnū tm̄ corpus aut necessario oporteat ipsam in plura corpora ponere diuisam ex pluriscq; corporibus aggregatam. Scōa vtrum sint ponende decē sphere celestes luīe naturali habite aut solum nouem. hoc est vnde orta est illa opinionū diuersitas circa nūerū celor Tertia vtrū luna sit in primo celo prope nos mercurius in secundo ascendēdo. venus in tercio. sol in quarto z sic de aliis. hoc est q̄omō hic ordo celor cognitus est. ¶ Ad p̄mā q̄stionē dicit cōformit ad oēs ph̄os z astrologos regionē ethereā nō vnicū sed plura esse corpora a se inuicem diuisa et sibi contigua. Pro cuius conclusionis euidentia supponit primo q̄ idē mobile non potest simul ferri motibus contrariis. dū em̄ aliquis ascēdit non pōt simul descēdere quia contradictionē implicat. similiter dū aliquid mouet ad orientē nō potest sup eisdē polis simul moueri ad occidentē. Licet em̄ motui circulari propie nullus motus sit contrarius vt dicit in scōo de celo bene tn̄ est aliquis motus circularis alteri circulari incōpossibilis. Supponit scōo celos esse sibi īmediate cōtiguos ita q̄ nichil vacui nichilq; aeris aut alterius corporis elemētaris mediat inter celum z celum. loca em̄ elementor determīata sunt sub celo. vacuū etiam per naturam est impossibile. Supponit tercio q̄ stelle nō mouent per se in celo nisi in q̄tum trahuntur a celo cuius partes sunt vt probatur in secundo celi. si enim aliqua earum moueretur cum ibi nichil sit vacui aut aeris cedentis mobili oporteret q̄ continuo rumperet celum quod est impossibile per naturam. Iis suppositis probatur conclusio primo sic. in celestibus astris apparent multi motus vni et eidem corpori incompossibiles ergo necesse est dicere q̄ non omnia astra sunt in eodem celo neq; ad motum vnius celi omnia mouentur. p̄ña est manifesta per primam et tertiam suppositiones. et probatur antecedens videmus nāq; sepius duas aut tres stellas erraticas (quas planetas dicimus) iuxta vnam stellam fixam coniunctas post coniunctionem autem cum separantur vna earum mouetur ad orientem altera aut̄ versus occidentem stella fixa in medio remanente. item vna declinat ad septentrionem altera ad austrum hij autem motus fūt eidem corpori īpossibiles ex p̄ma suppositiōe.

De nūero celorum secūdū moderniores

De celo empireo

Tres notabiles q̄stiones

Ad primam q̄stionē pcl'o

Prima supō.

Scōa supō.

Tertia supō.

Prima ratio. ad pclusionē.

2008 Ministerio de Cultura

Scõa ratio. Secũdo sic vnius simplicis corporis naturalis est tantum vnus motus naturalis. si autem aliquod corpus pluribus ꝙ vno motibus feratur: necesse est dare aliud corpus cui alter illorum motuũ sit naturalis et propius et a quo primũ corpus illo motu trahatur, vt dicitur in primo de celo. videmus autem lunam solem plezasq; alias stellas plures habere motus. preter eñ diurnum motũ aliũ habent sensui manifestum vt postea dicetur ergo preter celum in quo figitur luna est dandũ aliud celũ mobile cui alter illorum motuum sit ꝓprius ⁊ a quo celũ lune trahat illo motu. sicut erit dãdũ aliud celũ ꝑt celũ solis et sic de aliis. tenet ꝓña ex vltia suppõe

Tertia rõ. Tercio arguitur ratione Aristotelis in secũdo de celo ⁊ in secundo de generatione sic rerum generationes ⁊ corruptiones sũt ergo plures motus et plures celi sunt. antecedens pz quia cum omnia appetãt esse quod est diuinitate quodã modo participare vt dicitur in secũdo de anima: idem autem numero non potest in rebus inferioribus semper esse: reliquo modo supleuit deus cõtinuã faciens generationem et corruptionem. oportet ergo ad rerũ conseruationem saltem in specie esse cõtinuas has transmutationes. consequentia ꝓbatur quia vnica et vniformi existente celesti latione (ql̃is est motus diurn⁹) non ꝓuenirent ab ea effectus ita differantes scz generatio et corruptio. Idem enim in ꝙtum idem semp natum est facere idez oportet ergo dari plures celorũ lationes. primã scz vniformẽ que rerũ ꝓmaẽtiam et durationem causet. Aliam vero aut alias diuersimode se habentes que alternationes generationũ et corruptionũ efficere possint ⁊ per ꝓña oz dari diuersa mobilia corpora celestia ¶ Ad scõaz questionẽ dr ꝙ satis ꝓbabiliter teneri põt decẽ esse celestes mobiles spheras ⁊ naturali rõe inuestigabiles. Hec ꝯclusio ꝓbat sic pluralitas corpor celestiũ ex pluralitate motuũ eidẽ corpori incõpossibiliũ ĩuẽta ⁊ cognita est. tot ergo oz dari celestes spheras quot apparent in astris motus tales eidẽ corpori incõpossibiles. Sed reperiuntur decem tales distincti motus ergo decem oportet dari distinctas celestes spheras. pz maior cũ suo ãtecedẽte ex ꝓmissis. minor probat quia nouem sunt septẽ planete id est erratice stelle septẽ motus diuersos habẽtes eo ꝙ quelz due illarum cum ad coniunctionẽ alicuius stelle fixe venerint videntur diuersos motus habere. ⁊ sic oportet esse pro illis singulos celos vnde habemus septem celos aut spheras planetarum. Preter has autem erraticas videmus totam illam ĩnumeram stellarum fixarum multitudinem eodem penitus modo circũuolutam. nec eñ vna earum citius aut tardius ꝙ alia motum suũ perficit proportionabilit loquẽdo de hiis que in paruo et de hiis que in magno circulo situantur, neq; vna alteri propinquior aut remotior vno tempore ꝙ alio reperitur. ⁊ sic pro omnibus illis stellis oportet dari vnũ aliud celum quod erit octauũ. Et hic numerus celorũ dũtaxat tpe Aristotelis cognitus erat. putabat eñ tunc celũ stellatũ esse primũ mobile ⁊ supremũ celũ. Sed Ptholemeus ⁊ ceteri astrologi qui post eũ secuti sunt probauerunt stellas fixas non solum motu diurno sed etiam ab occidẽte p meridiẽ in orientẽ moueri vt postea ñet manifestũ. ideo dixerũt necessario oportere dari vnũ aliud celum cui alter illorum motuũ octaue sphere esset propius ⁊ naturalis et a quo octaua sphera secũdũ illum motum traheretur et hoc vocauerunt nonũ celum siue primũ mobile ꝙ motu diurno vnico ⁊ regularissimo mouetur. Moderniores vero astrologi qui nos fere per trecentos annos precesserunt viderũt stellas fixas siue octauam spheram triplicem motum habere vt infra paulo euadet manifestum ex quo sequitur ꝙ oportet dari duas alias spheras preter octauã quibus duo illorum motuũ sint proprij et ⁊ a quibus octaua sphera secundum illos motus rapiatur. et illarum supremam et decimam vocant primũ mobile. nonã aũt que duplici motu reuoluitur scõm mobile dicũt. sic ergo pz illa minor propositio vera scz ꝙ decem sunt motus in celestibus sibi inuicem incõpossibiles septem videlicet in planetis et tres in stellis fixis ergo decem ponẽde sunt spbere celestes ex motibus naturaliter cognoscibiles. ¶ Ad tercia questionẽ de celorũ ⁊ stellarũ ordine dr ꝙ est in textu cõueniẽter assignat⁹. Cognitus eñ est per stellarũ eclipses seu occultatões adiuicẽ. manifestũ eñ est ꝙ illa stella que ad alteri⁹ cõiunctionẽ veniens illã nobis occultat nobis propinquior est occultata vero remotior. qz igit luna cuicũq; stelle aduenerit illam nobis occultat planũ est ipsam lunam ceteris stellis nobis esse proximiorem ideo ponitur in primo celo inferiore circa nos. Similiter quia mercurius oñs stellas eclipsat preter lunam sub omnibus stellis est preter ꝙ sub luna ⁊ sic est in secundo celo

Ad scõaz de celorũ nũero

De inuẽtiõe octaue spe

De inuẽtiõe none sphere

De inuẽtiõe decime.

Ad tciaz de celorũ ordĩe

De septem planetis.

2008 Ministerio de Cultura

ascendendo. Eodem mō dicit q venus est in tertio celo qz oēs stellas preter mercuriū z lunam obumbrat. Hac eadē rōne probat martē esse in quinto celo. iouē in sexto. saturnū in septimo. qz sc3 tales vel tales stellas et non alias occultare possunt. De sole tamen nō est aliqua experiēcia q eclipset vel elipset ab aliqua stella preter q̄ a luna eo q in eius presencia nulla stella videtur. ideo tpe Aristotelis putabat sol esse in scō celo imediate supra lunā vt ipe videtur sentire in ṗmo metheororz. Sed Ptholemeus z oēs astrologi pariter z phisici tenēt solē esse in quarto celo ascendendo sc3 supra tres et sub tribus planetarū in medio eorz oīm sicut rex in medio sui regni. Et hoc probat qz cum sol sit principium et fons luminis z caloris vitalis a quo z cetera astra lumen recipiunt z animantia vitam habent: si ergo sol esset in secundo celo proximus terre nimis eam calefaceret desiccaretq z consumeret cito vitam animantium (ethyopes enim breuis periodi et vite sunt ꝓpter vicinitatem torride zone in qua sol semper rotatur) et astra superiora non ita bene illuminaret. Si autem econtra sol in sexto aut in septimo celo esset astra inferiora debiliter lumen reciperent et vita viuētium calore deserētur z cito deficeret. vt in regionibus valde septētrionalibus hoīm breuem periodum propter eandem causam esse videmus. decuit igitur diuinam prouidentiam que disponit oīa suauiter solem mediocriter a superioribus z inferioribus distantem sc3 in quarto celo collocare. Aliam huius veritatis rōnem z quidem efficaciorem ponit Ptholemeus in almagesti vbi ex dyametro visuali solis et ex basis magnitudine arguit longitudinem radij z distantie. sed quia hec ratio valde difficilis est propter multa que ex geometria et perspectiua supponit ideo ab introductorio tractatu reliquēda est. Celum autem stellatū esse octauū pari rōne sicut in planetis concluditur. nulla eñ stellarum fixarum aliquem planetam vnq̄ occultauit neq vna earum alteram ergo omnes ille sunt in vno celo et super omnes planetas. De nona autem et decima spbera (eo q stellis careant) nulla talis experiētia habetur. eas tamen esse super octauam spheram ratione conuīcitur. si enim octaua spbera secūdum aliquos motus ab illis trabitur z rapitur oportet eas super octauam eē tāq̄ prioza mobilia. et nonā sub decima quia ab illa motu diurno etiam trabitur. Decima vero primū mobile a nulla alia rapitur aut trabitur sed vnico et regulariſſimo giratur motu omnes aūt alias secum rapit spheras. merito igitur oībus aliis supereminet. ¶ Textus. Jstarum autem. Proponit tercio qualis sit celorum figura dicens omnes celestes spheras orbiculares et rotundas esse quarum vna alteram intra se concludit eamq circūdat. Sed quia de celorum rotunditate postea futurus est sermo ad sequentia transeamus. solum enim illa que auctor dubia relinquit exponere intendimus. ¶ Textus. Quarum quidem. Proponit quarto qui et quot celorz sunt motus et primo ponit duplicem celorz motū. scō compat vtrūq. ibi: sed primus: dicit ergo ṗmo q in celestibus duplex motus reperitur vnus est motus primi mobilis (q vltimū celū vocat ꝓputando a luna) z fit ab oriente per meridiē in occidentē a quo per angulū medie noctis reuocat se in orientem. et hic motus fit super duobus polis mundi sc3 arctico z antarctico z p circulū equinoctialem qui diuidit primū mobile per medium eque distanter a duobus polis huiꝰ motus et propter hoc dicitur primū motum pet medium diuidere. de nominibꝰ autem et officio equinoctialis et polorum infra scō capitulo dicetur. Alius motus est nouem inferiorū spherarum oppositus primo qz ab opposita pte incipit sc3 ab occidente tendēs p meridiē in orientem z iterū rediens in occidentē qui motus fit sup aliis polis distātibus a ṗmis p viginti tres gradus z triginta tria minuta scōm Almeonē: vel q̄nquaginta vnū minuta scōz Ptholemeū. ergo p axes intelligit polos accipit eñ terminatū pro termīo. Jste motus scōs etiā fit p aliū circulum qui diuidit scōm mobile sc3 nonā spherā per mediū equidistanter a polis huius scōi motus et hic circulus dicit zodiacus de cuius noībus descriptione et officio in capitulo scō determinabitur. ¶ Notandū q vt habetur in primo de celo motui circulari nullus alius motus est contrarius ideo cum textus dicit huic oppositus oz intelligere id est ab hoc diuersus. et quod dicitur per obliquū pōt exponi dupliciter vno modo id est per zodiacum qui est circulus obliquus vt dicitur in secundo de generatione. sicut enim equinoctialis est via per quam fit motus primi mobilis ita etiam zodiacus est via per quam fit motus inferiorum spherarū vt infra dicetur. Aliomodo potest intelligi q secundus motus est oppositus primo per obli-

Quomō scitū est solē esse in quarto celo

De tribus superioribus spheris

Quomō ēaccipiendū motū scōm eē cōtrariū primo.

2008 Ministerio de Cultura

quũ id est non directe oppositus sed obliquõ. esset enim impossibile q̃ per eundem circulũ et super eisdem polis vna sphera ad partes directe oppositas per dyametrum in oriente ꝛ occidente simul moueret. ¶ Notandum etiã q̃ celum ab astrologis p̃mo diuiditur in duodecim ptes equales que dicunt signa ideo signũ est duodecima pars celi. Iterũ aũt quodlibz signũ diuidit in triginta ptes equales que dicũtur gradus. quilibet etiam gradus diuiditur in sexaginta partes equales que dicuntur minuta. sed de huiusmodi diuisionibus infra capło scdo amplius dicetur. Quod ergo in textu dicitur distãtes a primis viginti tribus gradibus et cetera si bene intelligatur sunt fere quattuor quinte vnius signi. ¶ Textus. Sed prim⁹ mot⁹. Compat duos predictos motus adinuicem vbi simul et tempora quibus illi motus perficiũtur et subdiuisionem scdi motus ab occidente declarat. Comparatio ergo est q̃ primũ mobile motu suo omnes inferiores spheras secũ trahit ꝛ rapit ꝛ sic tota regio celestis simul hoc motu vnam reuolutionem in viginti quattuor horis (que continent diem et noctem artificiales) circa terram perficit. Sed inferiores sphere contra nituntur moueri primo mobili ab occidẽte versus orientem super polos suos per circulum zodiacum vt dictum est. ipse tamen inferiores sphere non rapiunt primũ mobile hoc suo motu secundo sicut econuerso. Dic vero scdus motus multiplex est ideo non eodem tempore sicut motus primi mobilis sed in diuersis spaciis temporum reuolutiões suas complet. Nona quidem sphera suum proprium motum ab occidente in quadraginta nouem mille annis perficit. et in ducentis annis gradum vnum zodiaci primi mobilis cum dimidio fere percurrit. hec autem sphera omnes octo inferiores secum hoc motu rapit et trahit scz celum stellatum et septem spheras planetarum quo ad orbes deferentes auges eccentricorum preter ☿ orbes augis lune de quibus tamen plenius q̃rto capitulo huius dicetur. Quod autem addit in textu scdz lõgitudinẽ itelligẽdũ ẽ idest ab occidente in orientem qua ex parte sumitur longitudo vniuersi secundum astrologos latitudo vero ab equinoctiali versus polum vt patebit infra capło scdo. Octaua vero ꝛ stellifera sphera motum sibi proprium (qui vocatur motus trepidationis aut motus accessus et recessus de quo infra capitulo quarto) in septem millibus annorum circulos duos paruos describendo in capitibus arietis et libre none sphere pficit. ꝛ gradũ vnũ zodiaci primi mobilis quandoq; tardius scz in cẽtum ãnis. quandoq; velocius hoc est in sexaginta ãnis. quãdoq; vero in alio mediocri temporis intervallo pertranſit. hec tamen diuersitas ex habitudine motus none sphere ad motũ octaue prouenit vt postea explicabitur. Saturnus autem reuolutionẽ integram fere triginta annis perficit. Jupiter fere in duodecim. Mars in duobus annis fere. Sol venus ꝛ mercurius in ãno q̃ est. 365. dierum et sex fere horarum spacium. Luna vero in viginti septem diebus et octo horis. Que oĩa de mediis motib⁹ planetarum (quos equales vocãt) sunt intelligenda. verti aũt motus eorum quandoq; ĩ maiore q̃nq; in minori tempore fiũt vt pz in tabulis alphonsi. ¶ Notandum q̃ textus de motu sphararũ celestium iuxta sentenciam eorum qui decem spheras ponũt (eo q̃ illorum sentencia videtur probabilior) determinat. sed secũdum ponẽtes nouẽ tantũ spheras ille motus qui dicitur ab occidente inorientẽ esset ꝓprius octaue sphere quo secundum Ptholomeũ in centum annis gradum vnũ zodiac regulariter percurrit. ideoq; totũ circulum in triginta sex millibus ãnorum pficit. atq; hoc motu oẽs auges planetarum preter lune secũ rapit. sed nona sphera que ponitur ab eis primũ mobile vnico scz diurno motu (secũ oẽs octo inferiores spheras rapiens) reuolutur. Thebit vero licet tm̃ nonẽ spheras ponat motũ tm̃ ab occidente in orientem secũdũ longitudinẽ zodiaci octaue sphere negauit eidem tamẽ motũ trepidationis proprium concessit Ptholomeus vero ecõtra hũc ĩ octaua sphera negauit illum vero approbauit. Alii vero planete etiam scdm̃ istos astrologos in spaciis temporum in textu nominatis proprijs motibus reuoluũtur. que tm̃ temporũ spacia nõ precise sed grossomodo et ꝓpe veritatẽ sunt accipienda ideoq; in oĩb⁹ his hec particula fere subintelligat. Et scdm̃ istor̃ sentẽtiã lra auctoris procedebat quã tm̃ parum ĩmutauimus et ad sententiã modernior̃ astrologor̃ reduximus. scdm̃ quos oz dicere q̃ ille motus ab occidente in orientem primo cõuenit none sphere que nõ est primũ sed scdm̃ mobile ꝛ ipsa hoc motu octauã spherã ꝛ auges planetarum vt dictũ est secũ rapit. Octaua vero sphera preter motũ primi mobilis ꝛ motũ none sphere hz aliũ terciũ motũ sibi ꝓprium

Quid intelligit p gred⁹ et minuta

Diuersitas opinionũ circa octauam ꝛ nonam spheras

Controuersia ptholemei et thebit de motu octaue spe

2008 Ministerio de Cultura

qui nō fit sup polos zodiaci vel equinoctialis sed super duo pūcta opposita in zodiaco que sūt principia arietis et libre none sphere vbi duos ꝙos circulos in septē mille ānis principia arietis et libre octaue sphere describunt. atq; graduz vnū predictorū circulorum fere in viginti annis percurrunt. quo etiam motu omnes auges planetarum ꝑterq; lune octaua sphera secum rapit. sed de his oībus longus sermo in quarto capitulo futurus ē. ¶ Notādū etiam ꝙ cum in celestibus nulla sit motuū contrarietas/ nulla violentia/ aut fatigatio/ nullaq; mobilium resistentia: cum dicimus primū mobile alias nouez spheras inferiores vel secundum mobile octo sibi subiectas aut octauam sphēram auges planetarum secum ipetu suo rapere sane intelligendum est ac si diceremus inferiores spheras ad motum superiorum de per accidens trahi. sicut nauta fertur ad motum nauis in qua est. et aqua ad motum vasis in quo cōtinetur. non ꝙ inferioribus spheris fiat aliq violentia quandoquidem in naturaliter subordinatis ꝙ est naturale superiori est quodā modo naturale et inferiori. Et cum dicimus inferiores spheras primo mobili contra niti intelligendum est id est motu alio et diuerso a motu primi mobilis moueri scz ab opposita in oppositam partem

Quomō intelligit ꝙ primū mobile rapit inferiores speras.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctorisq; celebratissimi questio secunda.

Queritur secūdo vtrū sint ꝑcise .9. sphere celestes ⁊ nō plures nec pauciores. Et arguit ꝑmo ꝙ nō. Et ꝑmo ꝙ sint pauciores qz nulla est sphera celestis ergo. ꝓña tenet ānś ꝑz quia sphera dz esse corpus solidū vt prius dictū est mō nulla est sphera in celo que sit corpꝰ solidū imo ql̄z est ꝯcaua. ¶ Scōo sic qz si essent plures sphere celestes vel essēt ꝯtinue vel ꝯtigue. sz nullū pōt dici igit. maior nota ē miorꝑz ꝑmo ꝙ nō sūt ꝯtinue qz ꝯtinuoꝝ est idē motꝰ mō spherarū celestiū nō est idē motꝰ. nā orbes inferiores mouent ꝯtra motū firmamēti ꝯplēdo reuolutōes suas in certis tpibꝰ. Nec pōt dici ꝙ tales sūt cōtigue ꝙ ꝑz qz captis superficiebꝰ duaꝝ sphēraꝝ imediatarū. s. concaua inferioris ⁊ concaua superioris: tunc q̄rit vel ille due superficies sint eedē vel diuerse si eedē sequit tūc ꝙ ille due sphere sūt vna ex quo earū vltima sūt vnū. Si sint diuerse q̄rit vtrū sint eq̄les vel ineq̄les. Si sint eq̄les tūc hoc est contra Euclidē in vna ꝓpositōe ꝉij geometrie ꝙ circa idē cētrū nō ꝯtigit collocare plures circulos eq̄les. Si sint ineq̄les sequit ꝙ cū vna ꝯtineat aliā tāq̄ locꝰ locatū ꝙ locꝰ nō est eq̄lis locato cōtra .p. q̄rto phisicoꝝ. Et cōfirmat rō ⁊ ymaginet vna linea ꝓtracta a cētro terre p vnā illaꝝ sperarū vsq; ad superficiē cōcauam sphere cōtinētis ⁊ capiat pūctꝰ terminās illā lineā. Tunc querit vtrū talis pūctꝰ sit in superficie cōuexa sphere inferioris vel nō. Si sic sequit ꝙ cū in superficie ꝯcaua sphere superioris sit tūc ille bñt eādē superficiē qō est ꝓpositū. Si dicat ꝙ nō tūc capio pūctū terminantē lineā in superficie conuexa spe inferioris ⁊ pūctū i ꝯcaua superioris. ⁊ int illa duo pūcta est distātia ⁊ sic ille due distant ab inuicē ⁊ p ꝓns inter eas est vacuū. cōtra .p. 4. phisicoꝝ. ¶ Tertio sic qz est solū vna sphera aque/ vna terre/ ⁊ sic de aliis g̊ etiā ē vna sphera celestis ꝓña ⁊z a sibi. ⁊ ꝑz ex alia rōe qz nisi sic tūc essēt plura corpa simplicia ꝙ. s. ꝯtra .p. ꝑmo celi. seq̄retur etiā ꝙ idē motꝰ simplex deberetur plurib⁹ corpib⁹ simplicib⁹ scōz se ꝯtra eūdē ibidem ¶ Quarto sic qz nō ē nona sphera igit. ⁊z ꝓña. ꝓbat ānś qz superflue eēt illa nona sphera g̊ nō est. ⁊z ꝓña qz deꝰ ⁊ natura nichil faciūt frustra ꝓbat ānś qz si nō eēt superflue maxīe deseruiret ad ifluēdū in istis inferioribꝰ sz hoc nō g̊. ꝓña est nota maiorꝑz qz ꝓpt aliā cām nō req̄runt corpora celestia. miorꝑz qz sphera nō ifluit nisi rōe stelle in ea poīte mō in illa nona sphera nulla est stella sz bñ in aliis g̊ nō ifluit. ¶ Deide arguit ꝙ sint plures qz plures sūt stelle ꝙ .9. vt notū est mō ql̄z stella est vna sphera q̄ est corpꝰ solidū vna superficie ꝯtētū g̊ sūt plures spe ꝙ nouē ¶ Scōo sic qz ꝑ quolz planeta ponunt tres orbes seu sphere g̊ ponūtur plures ꝙ .9. ꝓña est nota. ānś ꝑz qz ꝑ sole ponunt tres orbes. s. duo eccētrici ꝙtū ad vnā superficiē. ⁊ tercius eccentricus ꝙtū ad ābas. et ita etiā ꝑ quolz planeta cū hoc etiā ꝙ ponūtur epicicli ꝑ aliq̄bus planetis. ¶ In oppositū arguit ꝑ autorē in Ifa ⁊ etiā ꝑ astrologos ponētes .9. spheras celestes. In q̄stiōe erūt duo articuli. In ꝑmo erunt notabilia. et videbit de .8. spheris inferioribus. Et in scōo videbitur de nona an sit ponēda ⁊ an sunt plures ⁊ mouebunt dubia. ¶ Quātū ad ꝑmū sciēdū est ꝙ sphera hic sumēda est large ꝓut se extēdit ad orbē. Scōo notādū est ꝙ aliq̄ ymaci ij

Primus articulus

2008 Ministerio de Cultura

Opinio

ginabant celū esse vnā massam totaliter continuā ꝛ vna eius ps mouebat ad vnā ptē ꝛ alia ad aliam ptem. nec sic ex talibus diuersis motibus sequit discōtinuitas q̄ ponebāt celū eē talez massā fluxibilē ad modū aq̄/mō fluxibiliū bñ sūt diuersi mot⁹ q̄uis cōtinuoꝝ sicut aqua. Sed breuiter illa ymaginatio est ꝓtra Aristotelē ꝛ oēs pho̅s ꝛ astrologos: nā sic hꝫent ponere vnicā sphērā celestē ꝛ stellas moueri sicut pisces in aquis qđ est falsū. Et ideo alit dicēdū est de ꝓtinuitate ptiū eiusdē sphere inter se ꝛ de discontinuitate diuersaꝝ sparū int se. ¶ Pro q̄ notādū est q̄ dupl'r dñr aliq̄ ꝓtinua. vno mō de per se sicut homo dr vn⁹ hō cōtinu⁹. aliomō quātitatiue ꝛ hmōi ꝓtinuitas quātitatīa dr esse q̄dā qualitas scōa ꝓns ex hūido viscoso qua qualitate ptes se tenēt adiuicē. ꝛ ab aliq̄b⁹ vocat tenacitas ptiū. Dꝫ q̄tū ad corpa celestia ē ymaginādū q̄ sicut in illis est raritas ꝛ dēsitas altius rōis q̄ sint raritas ꝛ dēsitas ī istis īferioꝛib⁹ ita et ꝓtinuitas. et ideo q̄ ptes eiusdē sphere se tenēt dicim⁹ esse vnā sphērā cōtinuā. ꝛ ptes duarū sperarū nō se tenēt. ideo non dicim⁹ eas eē cōtinuas sꝫ bñ ꝓtiguas. Uerūtn̄ q̄dā volebant reddere cām cōtinuitatis ꝛ discōtinuitatis in celo p intelligēcias. vñ sicut nō stat hic īferius aliq̄ eē ꝓtinua hñtia formas diuersarū specierū ita ēt ī celo nō stat aliq̄s spas eē ꝓtinuas si hēant diuersas ītelligētias. istud tn̄ nō sufficit ꝓpt̄ vnā cām q̄ ī diuersis eccētricis eiusdem sphere totalis est eadē intelligētia tn̄ sūt discōtinui int se. ¶ Scōo notādū est q̄ capiēdo spaz large sphera capit̄ triplicit. ꝑmomō q̄ est q̄dā ps celi spica q̄uis nō separata a toto nec suppōi talit exn̄s. ꝛ istomō q̄lz stella vocat̄ vna spa ꝛ sic sūt plures spe q̄. 9. vt notū est. scōo mō dr aliq̄ sphera q̄ est vn⁹ orbis separatus a toto ꝛ suppositi taliter exn̄s ꝛ istomō pro quolz planeta sunt tres sphere vel tres orbes. verbigra ꝓ sole sunt tres orbes qui dñr eccētrici. s. vn⁹ q̄ est eccētricus quo ad superficiē cōcauā solū. ꝛ alter est eccētric⁹ quo ad superficiē conexā tn̄. et alt est eccentricus quo ad ābas ꝛ vocat deferēs. Et isto mō etiā epicicli dñr orbes ꝛ sphere ꝛ sic scōm istū modū sunt plures spere q̄. 9. vt notū est. Sꝫ tcio mō dr aliq̄ sphera vna q̄ est aggregatū ex oīb⁹ orbibus requisitis ad saluādum oīa illa q̄ apparēt circa motū alicuius planete. ꝛ isto mō tres eccētrici cum epiciclo ꝛ corpe planete nō dñr nisi vna sphera ꝛ ita loq̄ndū est de spis in ꝓposito. Uñ aduertēdum est q̄ aliq̄ negauerūt hmōi eccētricos ꝛ epiciclos et apparētias cogētes pho̅s et astrologos ponere hmōi epiciclos voluerūt saluare ꝑ inundatiōes ptiū celi sicut ꝑ inundatōes ptiū maris. ¶ Tertio notādū est q̄. p. viderunt plures stellas moueri ab oriente in occidentē ꝛ viderunt illas stellas continue se hre in eadē ꝓpinquitate ꝛ distācia ab inuicem ꝛ primo moti fuerūt ponere vnā sphērā ꝑ oībus illis que vocatur firmamētū ꝛ illa ponitur esse. 8. sphera a pho̅s ꝛ ab astrologis. Deīde ipsi viderunt alias. 7. stellas aliquando plus appropinquare adinuicem aliquādo plus recedere aliquādo cōiūgi inter se ꝛ aliquādo opponi ꝛ p hoc cōcludebāt q̄ ille. 7. erāt in. 7. orbibus diuersis suppositō q̄ stella nō mouet in celo sicut piscis in aqua. ꝛ ille. 7. vocātur planete erratici. Et alie stelle que sunt in octauo celo vocant̄ stelle fixe. Et de ordīe istoꝝ orbiū. 7. planetarum erraticoꝝ orbis saturni ponit supior posit. 8. sperā. deiñ orbis iouis. deiñ orbis martis. deiñ orbis solis. deiñ orbis veneris. deiñ orbis mercurij. ꝛ finaliter orbis lune. Et hec de ꝑmo articło. ¶ Quātū ad scōz aduertēdū est suppōito q̄ sūt. 8. spe īferiores. s. 7. spe. 7. plāetarū erraticarū ꝛ octaua q̄ dr firāmētū q̄ de positōe. 9. spe fuit vna opīo ātiquoꝝ. p. ponēciū. 9. spā nō eē ponēdā sꝫ pcise octauā. Et isti nō pceperūt. 8. moueri plib⁹ motib⁹ sꝫ pcise dicebāt ipaz moueri vno motu firmamēti scz diurno. Et ideo nō pceperunt necessitatē cogentē ponere. 9. spā. Sed breuiter illa opinio est contra astrologos ꝛ fundat̄ in vno q̄ est cōtra rei veritatē scz q̄ octaua spera nō mouetur nisi vno motu simplici. Et ideo est alia opinio ponēs istā ꝓcłoez q̄ est ponēda vltra octauā spa. 9. Pro cui⁹ declaratōe ponēde sunt alique propositōes vel suppositiones. Primo supponitur q̄. 8. spa. mouetur duplici motu. s. vno motu ab oriente in occidentem supra polos mūdi qui vocat̄ motus diurnus. ꝛ alio motu ab occidente in orientē sup polos zodiaci qui vocat̄ motus sibi proprius. Uñ primo motu. 8. spa cōplet reuolutionē suā in. 24. horis. sꝫ scōo motu solum mouet vno gradu in. 100. ānis et sic in. 36000. annis cōplet reuolutionē suā ꝛ ꝓpt̄ hoc q̄ iste mot⁹ proprius est nimis tardus ideo antiq̄ phī nō pceperūt illū. Scōo supponit̄ q̄ eadem spa nō mouet diuersis motib⁹ a diuersis intelligenciis sibi applicatis. Tertio supponit̄ q̄ aliqua spa nūq̄ mouet ad motū spe īferioris sꝫ bñ ad motū spe superioris. pz ex essentiali subordinatōe

Reprobacio

Quot modis dr continuū

Triplicit capit sphera

De octo inferioꝛib⁹ speris

Secundus articulus De nona spa.

2008 Ministerio de Cultura

intelligētiarū scōz q̄ subordinant orbes. Quarto supponit q̄ vna spa nō mouet diuersis motio⁹ scōz naturā ꝓpriā. ¶ Istis suppositis ꝓbat ꝯclusio q̄ octaua spa mouet duplici motu ꝑ primā suppōez z nō ꝑ eādē intelligētiā sibi applicatā ꝑ scōaz. nec a diuersis sibi applicatis ꝑ tciā g̃ mouet vno suo motu ad motū alicui⁹ alti⁹ spe. z nō spe inferioris ꝑ q̄rtā suppōem g̃ hoc est a motu supioris z hf ꝓpositū z sic pz ꝯclo ꝓbata. Uerūtn fuit vna opīo aliquoꝝ ponētiū octauā spā moueri duplici motu vt dictū est nō tn ꝓpt̄ h̄ posuerūt nonā spherā. et dixerūt q̄ ipsa mouet duplici motu ab eadē intelligētia. Et ad hoc mouebant duplici rōne. Prīa est q̄ spa nobilioz dz esse supma inter alias mō. 8. nobilioz est cū sit decorata tot notabilibus stellis et non aliqua aliarum g̃ debet esse supma. Scōa ratio q̄ illa. 9. de nullo deseruiret q̄ nō influeret in istis inferioribus ꝓpter defectum alicui⁹ planete. Sed breuiter q̄ sit ponēda. 9. arguit q̄ mot⁹ p̄mi mobilis dz esse simplicissimus scōz q̄ hf. 8. phisicoꝝ g̃ p̄mū mobile debz moueri vnico motu simplici sz sic nō est de octaua spa igit̄ ipa nō est p̄mū mobile z ꝑ ꝯns nona spa est ponēda. Scōo sic tps est mēsura mot⁹ p̄mi mobilis vt habet quarto phisicoꝝ cū g̃ tēpus debeat esse regulare cum sit mensura oīm aliorum sequitur q̄ motus primi mobilis debet esse regularissimus et ꝑ ꝯns simplex z sic ponēda est nona sphera ¶ Sed restat dubitatio si vltra illam nonam spheram sit aliq̄d. breuiter istud dubium pōt hre duplicē sensum vn⁹ est de aliis spheris scz vtrum supra illam nonam sit ponēda aliqua alia sphera. vel sic vtrum vltra illam nonam spheram sit aliq̄d. Et primo dicendum est de primo sensu. et postea de alio. Pro quo est aduertendum q̄ cōis opinio apud astrologos est q̄ adhuc vltra. 9. decīma sit mobilis probant hoc suppositis tribus suppositionibus vltimis positis pro questione prius posita. vltra supponunt q̄ octaua sphera cum motu proprio et diurno mouetur tercio motu qui dicit̄ motus accessus et recessus. Quo supposito probant intentū suū arguēdo sicut prius/q̄ octaua sphera mouetur duobus diuersis motibus preter suum motum proprium et non mouetur illis duobus motibus ad motum eiusdem sphere superioris sed ad motum duarum scz vno ad motum none sphere et alio ad motum decime sphere. ¶ Ulterius aduertendum est q̄ ꝓbabile est ponere vltra spheras mobiles spheram quiescentem. Hoc potest persuaderi aliq̄b⁹ rationibus. prima est supposito primo q̄ quicquid mouetur localiter mutat locum secūdum se vel suas partes. suppositio nota est ex terminis. ex quo sequitur q̄ quicquid mouetur localiter est in loco patet quia alias non mutaret locum. Quibus suppositis arguitur sic. quelz sphera mobilis mouetur localiter vt supponitur ergo mutat locum secundum se vel secūduz suas partes per primā suppositionem. ergo est in loco per secundā. et vltra quelibet sphera mobilis est in loco sed non in sphera sibi inferiori: quia locus debet circūdare locatum: ergo est in sphera superiori et per consequens oportet eē aliā quiescentem. Secūda ratio est quia in celo reperiuntur dīe pōnū scz ante/retro/dextrum et sinistrum: non solum per respectum quo ad nos sed ex natura rei vt dicit philosophus scōo celi. modo hoc non potest saluari per spheras mobiles. et causa est quia in spheris mobilibus pars que est modo dextra: iam erit sinistra. et pars que modo ē sursum erit iam deorsum vt docet experiētia ergo sequit̄ q̄ oportet ponere spheram quiescentem in qua expte rei reperiantur huiusmodi dīe positionum. Tertia ratio est quia diuersitas in fructibus et moribus hominū et in pluribus aliis reperitur ipartib⁹ terre inter orientem et occidentem que partes terre distāt a polis. modo ista diuersitas nō potest saluari ex parte spherarum mobilium cum omnes habitantes in illis partibus equales aspectus habeāt q̄tum est ex parte corporum celestium. et ideo ad hoc saluandum oportet ponere quiescentem spheram. Posset confirmari quia omnes stelle maiorem virtutem habent in oriente q̄ in alia parte celi. et sic ponendum est esse spherā quiescentē. et sic patet quomodo probabile est ponere vndecim orbes celestes vel spheras scz. x. mobiles et vndecimam quiescentem. Sed de secundo sensu dicendum est q̄ vltra vltimam spheram nichil est. patet quia si esset aliquid vel illud esset corpus celeste vel corpus elementale. Non primū quia tunc vltra vltimam spheram esset alia. nec elementare quia oporteret q̄ ibi perpetuo violente collocaretur et de hoc determinatur magis plene in secundo celi. ¶ Ad rationes ad primam dicitur breuiter q̄ ꝫ antecedens sit falsum consequentia non valet quia ibi capitur sphera large prout se extendit ad orbem ¶ Ad scōam dicit̄ q̄ sunt contigue ad im,p

Conclusio responsalis.

Opinio quorundam

Reꝓbatio.

Bonum dubium

De sphera quiescente

Adrationes questionis

2008 Ministerio de Cultura

bationē dicitur q̄ due ꝛ diuerse superficies sunt. Et cum queritur vtrum sint equales dicitur q̄ sunt inequales. et tunc cum dicitur locus est eq̄lis ꝛc. dicit q̄ illud est intelligendū q̄ locus est equalis locato q̄tum ad continentiam et q̄ continet locatum et non plus neq; aliq̄d aliud Ad confirmationem admittatur casus/et tunc cum queritur vtrum illa sint īmediata vel non etc. dicitur q̄ sunt īmediata inuicē nec est inconueniens de punctis terminantibus sed bene est inconueniens de pūctis continuantibus vt habetur sexto phisicoꝝ modo illa duo pūcta sunt terminantia et non cōtinuātia quia sunt in corporibus discontinuis. ¶ Ad tertiam etiā conceditur ꝓñs sed non solum. etiam ꝓña non valet nec est simile. Et cum probatur ratiōe q̄ plura essent corpora simplicia q̄ quinq; conceditur secundū speciem specialissimam sed scōm subalternam solum sunt quinq; et ita diceretur etiam de motibus simplicibus ¶ Ad quartā negatur aīs. Ad probationem negatur quod superflue poneretur. ꝛ cum dicitur q̄ ꝛc. negat q̄ non influat. Et cum dicitur spere non influunt nisi ratione stelle dicēdum est q̄ secundum aliquos plures sunt stelle in illa nona spera sed non videntur propter nimiam distanciam. Aliter posset dici q̄ non oportet quālibet influentiam prouenire ratione stelle. Ad alias rationes dicitur q̄ ille non arguūt contra dicta quia non arguunt capiendo spherā tertio modo dicto in tertio notabili ꝛ hec de questione. Auctoritas post oppositum est pro dictis.

¶ Tertia pars probat que in secunda parte dicta sunt et primo de motibus celorum.

De motu primi mobilis Primū signū

Quod autem celum voluatur ab oriente in occidentem dupler signū est. primum quia stelle que oriuntur in oriente semper eleuantur paulatim et successiue quousq; in medium celi veniant: ꝛ sunt semper in eadem propinquitate et remotione ad inuicem: et ita semper se habentes tendūt in occasum continue et vniformiter. Est et aliud signum stelle que sunt iuxta polum arcticum (que nobis nunq; occidunt) mouentur ꝓtinue ꝛ vniformiter circa polum describendo circulos suos: et sunt inequali distancia adinuicem et propinquitate. Ex quibus per istos duos motus continuos stellarum tam tendenciū ad occasum q̄ non: patet q̄ firmamentum mouetur ab oriente in occidentem. Sed q̄ inferiores spere moueantur ab occidente in orientem plura sunt indicia. ~~Si quis enim lunam de sub radiis solis exeuntem vesperi certa hora inspiciat: notetq; eius ab occidente distantiam: sequentibus die~~

De motu aliorum De luna.

v. greorum

De sole

bus eadem hora propiorem eam videbit orienti. In sole autē hoc est signū. si eo occasum tenente stellam aliquam fixam in aliquanta ab occidente distancia notauerimus: post hebdomadas duas aut tres iterum sole occiduo eandem stellam soli et occidenti videbimus propinquiorem. Solligitur accessit ad stellam qō est orientem versus moueri. Erraticarum vero quinq; stellarum motus ad orientem (eis ad stellas fixas: quibus propinque in noctis serenitate apparent: relatis) manifeste deprehēduntur. In octaua autē spera propter eius tarditatē motū hunc vnius hois vita experiri non pōt. locis tamē stellarū in vita vnius ad eadē in vita alteri⁹ compatis cognitus est. De nona autē spera nulla oīno experiēcia (cum stellis careat) sed sola ratione cogente id habitum est.

De ēq; aliis planetis.

De octaua spera

De nona.

¶ Hec est tercia pars principalis huius capituli in qua auctor ꝓbat fere omnia que in secunda parte precedente proposita sunt. habet igitur duas particulas prima probat ea q̄ circa regionem etheream proponebantur. secunda que incipit ibi: quod etiam terra. probat circa regionem elementarē propositā. ordine eīn retrogrado in probatōe sua procedit ¶ Circa istam

2008 Ministerio de Cultura

primam particulam est notandum q̄ quattuor principalia fuerant circa regionem etheream p̄ posita diffinitio scz/diuisio/figura/et mot⁹ celoꝝ. duo autē prima phīcā magis q̄ astrologicā expetunt probationem. et si quid eorum astrologo est pertinens in superioribus expositionibus proposse enodauimus. duo igitur vltima probat figuram scz ꝛ motum celi Primo itaq̄ probat ea que de motibus celorum dicta sunt scō ea que de eorum figura proposita fuerant ibi: quod aūt celum sit rotundum. motū aūt celorum signis ꝛ experimētis sicut dictum est fieri probat. In probatiōe autem duo facit. primo probat motum primi mobilis. secūdo motus inferioꝝ sphararū: ibi: sed q̄ iferiores. motū primi mobilis (quo etiā oēs sphere reuoluunt) duplici signo probat esse. primū sumit ex stellis q̄ nobis oriunt̄ et occidūt et est tale. videmus eñ ꝯstellationē aliquā duarū triū aut pluriū stellarū nobis notā vt v̄bigra pleyadas sup orizontē eleuatas ꝯtinue quousq̄ ad mediū celi veniāt a quo iterū labunt̄ ꝛ descēdūt in occasum ergo celum mouetur ab oriente per meridiem in occidentem. antecedens patet ad sensū consequentia probatur quia dicte stelle non mouentur per se sed per accidens ad motum sui orbis q̄ ex eo patet quia vt dicit textus semper ad se ipsas eandem habent propinquitatem et remotionē. Uel forte hoc dixit ad remouendum cauillationē poterat enim aliquis dicere q̄ non sunt heedem stelle sed alie ille que apparent in oriente ab his que postea in meridie vel occidente videntur. Sed hoc falsum est quia semper videmus totidem stellas numero et in eandem distancia et propinquitate adinuicem. Istud tamen signum inmediate et directe probat octo spheras inferiores ab oriente in occidentem moueri: mediate vero ꝛ directe primū mobile q̄ illas tali motu rapit ¶ Secundū signum ponitur ibi est et aliud. q̄ sumitur ex stellis propinquis polo artico cui⁹modi sūt due vrse que nobis septemtrionalibus nunquam occidūt. ille enim circulariter voluuntur in circuitu poli que zenit capitum nostrorum quādoq̄ appropinquantes inde versus occidentem declināt cū vero circa orizontem deuenerīt hīc versus orientem recurrunt. ergo celum stellatū in quo dicte vrse sunt et per consequens primū mobile circumducitur ab oriente per meridiem versus occidentem iterum rediens in orientem. ātecedens supponitur sensu manifestum ꝯsequētia probatur sicut prius semper eñ ille stelle sūt in eadem distancia adinuicem. Patet ergo per hec duo signa tam stellarum tendētium ad occasum q̄ etiā aliarū que nobis nunq̄ occidūt firmamētū id est celū stellarum et per ꝯns totam celestē regionē moueri ab oriente versus occidentē. ¶ Notandū q̄ iste due rationes nichil cōcluderent si quis proterue vellet dicere q̄ celū nō mouet̄ sed oīno quiescit terra sūt simul cū mari circulariter mouetur ideoq̄ ortū ꝛ occasum stellarū suo motu nobis apparere facit. Sed dicendū q̄ iz ortus ꝛ occasus stellarū possit saluari illo modo nō tñ ꝯiūctiones ꝛ eclipses aut alij aspectus. Hec tñ obiectio infra cum de quiete terre diseremus falsa et inefficax apparebit ¶ Notandū etiā q̄ ideo celum ab oriēte in occidētem scōm oēs suas spheras mouet̄ vt influentie et v̄tutes stellarum ad oēs ptes terre pueniant. motus eñ iste primi mobilis de quo nūc loquimur scōm ph̄m in scō de generatōe est causa esse ꝛ pmanentie rerū corporalium. motus vero alius qui est per circulum obliquū ꝛ quo adducitur ꝛ abducit̄ generans sol cā est varietatis ꝛ alternationis generationū ꝛ corruptionū. Antiqui tñ ph̄i vt pz in scō metheororꝝ ppter oppositā cām celū sic terrā circuire dicebant credentes. s. solē ꝛ alia astra esse animalia cibo egencia sicut ꝛ terrestria animalia: cibus aūt astrorꝝ humidū ab aqua et terra p euaporationem eleuatum dicebatur. sic ergo fame compulsa astra terram ꝛ mare circuire putabant vt ex diuersis partibus sufficiens haberetur alimentum: sed istos Aristoteles deridet. ¶ Textus. Sed q̄ inferiores. Probat scōm motum sphararum inferiorum et primo quo ad septem planetas secundo quo ad duas alias spheras. ibi: in octaua autē. Circa motus autem proprios planetarum tria facit. primo dat experimētum de motu lune dicens hoc modo lunam versus orientem moueri nos posse deprehendere. si enim post coniunctionem suam cum sole (quando noua apparet) inspiciatur certa die et hora vt puta hodie hora sexta vespertina et notetur secundum existimationem eius ab occidente et a sole distancia. sequenti secundo aut tertio die notabiliter ab occidente et a sole eadem hora remotior orientiq̄ propinquior videbitur et sequentibus adhuc diebus propinquior. tandem post quartam decimam diem opposita soli occidenti eadem hora in oriente videbitur ergo luna mouetur

Cauillatio dictorum aduertenda.

Quare celum motu suo terram circuit.

Experiētia de motu lune

2008 Ministerio de Cultura

ab occidente versus orientem et per ꝓsequẽs celum eius. ¶ Secundo ibi. In sole autem. probatidem de sole etiam sensibili experimento ꝙ tale est. notetur stella aliqua fixa (cum sol occidit) prope occidentem apparens et signetur per ymaginationem talis stelle a sole et occidente distancia. post quindecim vero aut viginti dies iterum sole in occasu posito eadem stella fixa inspiciatur et videbitur soli et occidenti notabiliter propinquior. et sic in pluribus adhuc diebus appareret propinquior et tandem stella disparebit pre nimia eius ad solem propinquitate. igitur oportet dicere ꝙ vel stella accessit ad solem vel econuerso sol ad stellam. ſ3 non potest dici primũ quia non accessit stella ad solem per motum primi mobilis quia illo motu equali tempore omnes sphere rapiuntur. nisi enim essent motus proprij planetarum quecunqꝫ due stelle sive fixe sive erratice aliquanto spacio celi distarent semper tanto precise distarẽt. Nec accessit stella ad solem per motum proprium octaue sphere quia ille motus nõ est ad occidentem sed ad orientem vt paulo post apparebit. et dato ꝙ esset ad occidentem cum motus ille tardissimus sit: nõ fieret in tam paruo tẽpore tam notabilis appropinquatio eius ad solem. oportet ergo dicere scõm scz ꝙ sol accessit ad stellam et hoc est moueri ad orientem

Alia de motu solis.

¶ Tercio ibi. erraticaꝫ vero. Dat signum de motu proprio aliorum quinqꝫ planetarum aluminaribus et est ꝙ cognito aliquo eorum in stellate noctis claritate notetur stella aliqua fixa iuxta illum eiusqꝫ ab ea distancia. et post duas aut tres sex vel octo noctes iterum eedem stelle fixa scz et erratica inspiciantur. et reperietur planeta eidem stelle fixe aut propinquior aut remotior ergo planeta ille (si non retrogradus fuerit) ad orientem mouetur. patet consequẽtia sicut in experimento de sole. Sed de differentia stellarum fixarum ab erraticis supra duo dedimus signa primũ fuit ex inequali distancia planetarum ad seipsas et ad alias stellas. secundum ex scintillatione stellarum fixarum.

Alia de quinqꝫ planetis

¶ Notandum ꝙ posset dari vnum experimentũ cõe pro omnibus planetis tale quia omnis mediocriter aspiciens stellas videbit notabiliter diuersas in celo constellationes. cum igitur manifeste appareat quẽlz planetã mutari ab vna larum constellationum in aliam: et modo iuxta quasdam stellas fixas modo iuxta alias appareat semper versus orientem: manifestum est omnes planetas ad orientem moueri. Et in luna quidem hoc quotidie et quolibet mense experimur nũc enim iuxta pleiadas et in tauro/ nunc autem iuxta canẽ et in cancro vel leone apparet trium aut quattuor dierum facto interuallo. In venere quidem et mercurio intercidente mense easdẽ mutationes videm⁹. Mars autem fere post duos menses cum medio ad signum aliud aliamqꝫ constellationem transfertur. Jupiter etiam post annũ in alio signo apparet. vt si verbigratia hoc anno iuxta stellas signi scorpionis ipsum videas anno sequenti inter stellas sagittarij eum aspicies. Saturnus vero duobus annis cum dimidio fere vnũ signum occupat deinde mansionem mutat. De sole autem licet id verum sit nõ tamen est sensui manifestum eo ꝙ in eius presentia nulla stella appareat. Sentimus tamen eius in anno accessum et recessum in zodiaco manifeste.

Experimentum ꝓ oĩbus planetis septem

¶ Notãdũ vlterius ꝙ quidam hos motus proprios planetarum ab occidente in orientem (quãuis ita vt diximus sint manifesti) negauerunt. dicebant enim ipsos non esse veros sed fantasticos z solum apparentes motus. hoc modo quia putabant primũ mobile non sic inferiores spheras impetu suo rapere quin ille aliq̃to spacio retardarentur. sed differẽter octaua enim sphera eo ꝙ primo mobili propinquior maiori violentia rapta in centum annis solo vno gradu retardari potest. Saturnus vero eo ꝙ remotior in mense per vnũ fere gradum. Jupiter per duos gradus cum dimidio. mars per quindecĩ gradus fere. sol venus et mercurius per vnũ signũ in mense retardantur. luna aũt quolibet die per tredecim gradus. vñ id ꝙ nobis apparet esse motum lune vel alterius planete versus orientem isti dicebant non esse motum sed talis planete retardationem.

Opinio falsa.

¶ Sed hic error ex ignorantia philosophie prouenit. non enim viderũt isti Aristotelem in secundo de celo optime dicentem in celestibus nullam violentiam nullam fatigationem nullam denicqꝫ ĩ potentiam quo ad motus eorum reperiri posse hoc autem hec falsa opio supponit vt ꝑz intuenti. etiã dicta opinio non saluat oẽs motꝰ apparẽtes in celo. ſ. eclipses z tropicos solis aliaqꝫ hmõi.

Reꝓbatio.

¶ Textꝰ. In octaua aũt sphera. Probat motũ ab occidẽte in orientẽ ĩ duabꝰ aliis spheris z ꝑmo in octaua dicẽs ꝙ iste motꝰ octaue spe ab occidẽte in

2008 Ministerio de Cultura

orientem non est sic imediate ab vno homine experimēto cognoscibilis propter eius nimiam tarditatem. cognoscitur tamē mediate ab vno homine scz adiuto per cognitionem habitam ab alio. eo q̄ insensibilis est zodiaci portio quā octaua sphera in vni⁹ hois vita ptrāsit qz non nisi fere in cētū ānis gradū vnū. Nisi g̊ quis loca stellarū in zodiaco suo tpe dephensa ad loca earū tpe alteri⁹ iādiu habita cōparet nullā mot⁹ octaue spe cognitionē hēbit. Et hoc modo Ptholemeus z plerioz aliox sapiētū stellarū fixarū motū versus orientē cognouerūt. Cōsiderauit eñ magn⁹ ille astrologie princeps in libris antiquū pdecessox suox loca stellarū ad eox tpa verificata z notauit locū vni⁹ stelle (qñ motu vni⁹ earū habito habet z mot⁹ oiz aliarū) sitoz ea coz leonis q̄ tpe dictox ātiquox erat vbigfa in duodecio gradu leonis id ē erat direc te sub tali pūcto zodiaci pmi mobilis qñ ad illū astrologi suas pputatōes referūt. Cū igit de motu pmi mobilis certissimā habeam⁹ regulā z rōez: inspexit suo tpe aut tabulari aut instru mētali calculatōe qua hora quo ve minuto pdict⁹ duodecim⁹ leonis gradus in certo loco orizontē ascēdēdo pungeret. z vidit dictā stellā scz coz leonis tūc nō ascēdere nec apparere sed post pusillū z signabile tps vidit eā ascēdentē nec q eūdē scz p aliū orizontis locū. argumētar⁹ est igit eādē stellā sub pdicto gradu zodiaci pmi mobilis iā nō eē sed ad aliū mutatā fuisse. quā tiratē aūt motus ei⁹ ex spacio signati tpis a pdictis antiqs vsq ad ipm inuenit. facta igit diligēti pputatōe tpoz̄um ducētos ānos a pdictis astrologis vsq ad ipm effluxisse cognouit. motu aūt stelle duox gradū iuēto pclusit stellā dictā in centū ānis gradu vno zodiaci pmi mobilis moueri z p ons oēs alios stellas z totā octauā sphērā eūdē motū hre dixit. ¶ Scdo ibi: sed de nona. Declarat motū ppriū none spe dicēs q̄ licet iste mot⁹ exprimēto pbari nō possit qz nullas stellas hz nona sphera rōne tñ hūc motū eē puincit. Octaua eñ sphera triplicē repit hre motū vnū pmi mobilis ob orientē. z pter hūc duos alios cū igit vni⁹ corporis simplicis sit tñ vn⁹ mot⁹ simplex alter illox motuū erit octaue sphere ppri⁹ alter alien⁹. necessario g̊ oz dari aliā sphērā cui ille mot⁹ sit ppri⁹ z hec est nona sphera. De tarditate tñ hui⁹ mot⁹ hāc dāt moderni regulā q̄ in q̄draginta nouē millib⁹ ānox reuolutionē vnā facerent. ita vt principium arietis none sphere in eo tpe sub quolz pūcto ecliptice pmi mobilis foret.. z in ducētis annis gradū vnū eiusdē ecliptice fere cū medio pcurreret. Sz quō hui⁹ mot⁹ rīa habita sit demonstratōe geomrtrica ostēdere nos oporteret. cū eñ totalis mot⁹ stellarū fixaruꝝ sub zodiaco primi mobilis irregularis iueniat. z mō tardior mō velocior appareat: necesse ē dicere motū illū ex duob⁹ rīsrib⁹ motib⁹ eē aggregatū. hij aūt sūt mot⁹ ppri⁹ octaue z mot⁹ ppri⁹ none. cognita g̊ motus totalis stellarum fixarū variatione regula certa cui⁹lz illox motuū ad illuz totalem cōcurrētium elici pōt. q̄ vt diximus opere geometrico fieri oportet.

Quomō scitus est mot⁹ octaue spere ab occidēte.

De motu none sphere

[Hec est scõa pars principalis huius capituli de diuersitate diez 7 noctiũ scz de cã cremẽti et decremẽti tpor. hz duae pticulas ꝑma est de diuersitate diez naturaliũ. scõa de diuersitate diez 7 noctiũ artificialiũ ibi. ex dictis etiã. ꝑma pticla adhuc diuidit qz ꝑmo ponit 7 ꝓbat quãdã ꝯclusionẽ. scõo adiũgit quoddã notabile ad illi9 declarationẽ ibi. et notãdũ. Cõclusio ergo quã ꝓbat est q; licet oẽs dies naturales habeãt. 24. horas:nõ tñ oẽs sũt equales sz aliq ꝓliores aliis. Probat hec ꝯclusio sic. dies naturalis est vna reuolutio ꝑmi mobilis vel eq̃noctialis circuli cũ certa zodiaci pte (quã scz sol motu ꝓprio ꝓtra ꝑmũ mobile interi ptrãsit) id est dies naturalis est spaciũ tpis quo circul9 eq̃noctialis vnã facit reuolutionẽ circa terrã et vltra hoc ascẽdit illa ps zodiaci quã sol iteri. s. dũ fit illa reuolutio motu ꝓprio ptrãsiuit. sz illa portio a sole ptrãsita nõ quotidie hz equales ascẽsiones/nec semp equali tpe orit: additio aũt illi9 ascẽsionis sup reuolutionẽ ꝑmi mobilis req̃rit ad ꝯplemẽtũ diei naturalis: ergo non oẽs dies naturales sunt equales sed aliq sunt maiores aliis. Maior supponit vera et quo ad eius scõam ptẽ ꝓbabit in textu sequẽte. sed minor pz ex p̃cedẽtib9 qz ascẽsiones ptiũ zodiaci valde differẽtes sunt tã in spbera recta q̃ in obliqua. in spbera quidẽ recta ꝓpter obliq̃tatez zodiaci qui nõ põt in oĩb9 ptib9 equales ãgulos facere cũ horizõte recto. sed in spbera decliui ꝓpter obliq̃tatẽ zodiaci 7 obliq̃tatẽ horizõtis. ex qua duplici obliq̃tate maior diuersitas ãgulor 7 ascẽsionũ cõtingit. vñ licet dies naturales vbiq; terrar sint inequales magis tñ iequales sunt in spbera obliqua q̃ in recta. Tertia solet assignari cã diuersitatis diez naturaliũq̃ coĩs est spbere recte 7 oblique scz eccẽtricitas circuli solis/id est qz circul9 vel orbis in quo sol mouet mũdo eccẽtricus est id est nõ habẽs cẽtrum suũ in cẽtro mundi sed extra. et ideo ille orbis in vna sui pte magis distat a centro mũdi q̃ in alia vt infra capitulo quarto dicet. 7 ex hac eccentricitate ꝓuenit q; sol sup centro mundi in tpibus equalibus inequales angulos faciat et de zodiaco inequales ptes ptrãseat. Dicit aũt sol describere ãgulos sup cẽtrũ mũdi ymaginarie ducẽdo lineas a cẽtro mũdi vsq; ad cẽtrũ solis quotidie que in cẽtro mũdi concurren

2008 Ministerio de Cultura

tes versus zodiacū expādunt ⁊ quasdā portiones zodiaci a sole pertrāsitas inkcipiūt. vñ liqz nulle essēt diuersitates ascēsionū in spbera recta vel obliqua: adhuc ꝓpter hāc cām dies naturales essent inequales qz sol in vna reuolutione p̄mi mobilis maiorē ptē zodiaci ptrāsit q̄ in alia/⁊ sic vna dies naturalis erit maior alia qz maior additio ptis zodici fieret sup reuolutionē p̄mi mobilis vna die q̄ alia. ¶ Notādū q̄ p̄dicta ꝯclusio infallibiliter vera est tm̄ cm̄ excedit vna dies naturalis altā quātus est excessus ascēsionis vn⁹ gradus zodiaci supra ascē

Nota de tabula equationis dierum

sionē alterius vel quātus est excessus ꝓprij motus solis vna die sup motū ꝓpriū solis in alia die. Vñ astrologi qui ꝯputatōes suas ad tēpora equalia reducūt tabulā de equationib⁹ dieꝝ naturaliū ꝯposuerūt. est tm̄ inter eos hec dīa qz quidā ipsoꝝ minimā diē naturalē tocius ānī ꝓ mēsura ꝯputationū suaꝝ accipiūt/⁊ oēs dies alios tocius ānī illi minime diei eq̄parant et sic tabulas mediorꝝ motuū planetaꝝ cōponūt. excessus aūt aliorꝝ dieꝝ super minimū diē in quadā tabula ponūt que dicit tabula equatiōs dieꝝ. vñ cū veꝝ motū alicui⁹ planete vltimo verificatū habere volūt ex tabula equationis dieꝝ numeros repertos accipiūt et cuilz diei anni addūt. Alij vero astrologi maximā diē toti⁹ ānī regulā sibi faciunt excessum autē huius diei ad oēs alios in tabula equationis dieꝝ reponūt ⁊ sic numeros illi⁹ tabule a cōputatōib⁹ suis semp subtrahūt. Sed alij diē mediocrē accipiētes aliq̄n equationē dieꝝ naturalium addūt/aliñ subtrahūt. ¶ Text⁹. Et notādū. Ponit qōdā notabile ad declarationē diffinitiōis diei naturalis q̄ fuit maior ꝓpō in sua ꝓbatione. ⁊ p̄cipue quātū ad scōam ei⁹ ptē scz q̄ vltra vnā reuolutionē p̄mi mobilis requirat ad ꝯplemētū diei naturalis additio tp̄is in quo ps zodiaci a sole motu ꝓprio ptrāsita ascēdit. Cū eūi duplex sit motus solis vn⁹ quo rapit a primo mobili ab orientē in occidētē sup polis eq̄noctialis: alius sibi ꝓprius quo mouet ab occidentē in orientē p zodiacū quotidie fere vno gradu: inde ꝓuenit q̄ si sol hodie cū oriebat erat in primo gradu cancri cras cū oriet iā nō erit in p̄mo sed in scōo gradu cancri. tps igit illud inter p̄mū ortū solis ⁊ scōm (quod diē naturalē dicim⁹) nō solū mēsurat vnā reuolutionē p̄mi mobilis sz

Alia diffinitō diei naturalis

etiā ascēsionē p̄mi gradus cancri ⁊ ita intelligat in oībus aliis dieb⁹ tocius ānī. Unde dies naturalis clarius sic pōt diffiniri. quod est spaciū tp̄is inter ortū solis p̄cedētē ⁊ ortum eiusdem ī mediate sequentē. tale aūt temp⁹ ꝓpter cām dictā nō semp est equale. Ex hoc etiā infertur

Corrolarium

aliud q̄ in qualibet horā artificiali plusq̄ quindecim gradus equinoctialis ascendunt licet cōmuniter pro qualibet hora non cōputentur nisi quindecim gradus qz excessus fere est insensibilis. ¶ Textus. Ex dictis etiam. Secūda particula huius partis de diuersitate dieꝝ ⁊ noctium artificialium. et primo premittit diffinitiones diei et noctis artificialis. secūdo assignat causas diuersitatis eoꝝ ibi. vnde notādum. primo igitur premittitur conclusio talis q̄ necesse est etiam dies ⁊ noctes artificiales in āno diuersificari id est crescere ⁊ decrescere. p quo supponatur primo quid sit dies ⁊ nox artificialis. est em̄ dies artificialis totum illud temp⁹ quo sol lucet super nostrum horizontem. sed nox artificialis est totum temp⁹ quo sol est sub horizonte. vel scōm Aristotelem in primo metheororꝝ nox est vmbra terre. ⁊ forte dicūtur dies ⁊ noctes artificiales ꝓpter variabilitatē eoꝝ sicut supra de horizonte obliquo dixim⁹. ¶ Tex. Unde notandū. Incipit assignare causas diuersitatis dieꝝ ⁊ noctium artificialium. ⁊ primo quātum ad spheram rectā ⁊ totā obliquam septētrionalem. secūdo q̄tum ad diuersas habitationes sphere oblique ibi. quāto quidem polus. Quantum ad primū assignat duas causas diuersitatis dieꝝ ⁊ noctiū quarum prima sumitur ex diuersitate ascēsionū signoꝝ. scōa que ponitur ibi. notandū etiā. accipitur ex circulis a sole descriptis. Quantū ad primā cām sic ꝓcedit qz primo ponit vnū notabile reiteratiuū signoꝝ que recte vel oblique oriūtur in spbera recta ⁊ obliqua. scōo ex illo infert diuersitatē dieꝝ ⁊ noctiū artificialiū q̄ quolibet āno experimur ibi. ⁊ sic. Notabile clarū est ex p̄cedētibus que scz signa sint recte ⁊ que oblique orientia in spbera recta ⁊ que in spbera obliqua. et de signis sphere oblique adducit auctoritatem Virgilij dicētis. Recta meāt id est oriunt ⁊ obliqua cadūt id est occiaūt in spbera obliqua signa incipientia a ỹdere cancri per virginē donec finitur chiron id est vsq; ad finē sagittarij. sed cetera signa scz que sunt a principio capricorni per arietē vsq; in finē geminoꝝ nascuntur ꝓ. l. obliq; transmittē ⁊ descēdūt recto occasu. ¶ Tex. Et sic. Ex supradicto notabili infert di

2008 Ministerio de Cultura

uersitates diez ⁊ noctiū. et primo facit hoc scdo ifert vnū notabile correlariū sbi. et ex hiis. ꝙtum ad ꝑmū q̄nqz facit. ꝑmo assignat cām perpetui equinoctii apud erñtes sub eq̄noctiali. et cā est q⁹ in quocūqz signo zodiaci sit sol quolz die anni ꝓcise tot signa ascēdūt eis de die re cta sicut obliqua similiter et in nocte ideo semp tēpus diei est ibi equale tempori noctis. añs ꝓ bat q⁹ signa recte orientia in sphera recta nō oia sunt sibi cōtinua sicut in sphera obliqua: sed in oppositis partibus zodiaci posita sunt. sic⁹ se habet de signis obliqe ibidē orientib⁹. signa eiñ recta obliquis permiscent. vnde a quocūqz puncto zodiaci computatio incipiat vsqz ad sex signa tot signa inuenīet recta quot obliq̄ ¶ Scdo ibi. ⁊ qñē nobis. dat cāz maxīe diei totius anni dicēs ꝙ cā quare cū sol est in ꝑncipio cācri in mēse iunii ꝓpe festū barnabe est maxima dies totius anni ⁊ mīma nox est: q⁹ tūc de die oīa sex signa recte oriunt. de nocte aūt oīa sex obliq̄. cōstat aūt ꝙ signū recte oriēs maiorē morā tēporis consumit in suo ortu ꝙ signū obliq̄ oriēs. igit qñ oīa sex signa q̄ oriūtur ī aliq̄ die sunt recte orientia ⁊ oīa signa noctis obliq̄: totus excessus oīm ascēsionū ē in die ⁊ tot⁹ defect⁹ in nocte ⁊ sic illa dies est maxīa nox vero mīma ꝓbat ꝓña q⁹ sol scdm rl'am supradictā ⁊ infra adhuc ponēdā nō pt aliq̄ die occidere q̄n post ortū ei⁹ sex signa zodiaci ascēderīt. sic⁹ in nocte post occasum solis vsqz ad ortum eius opz sex signa ascendere. ⁊ clarū est ꝙ cū sol est in ꝑncipio cācri sex signa q̄ ascendūt illa die post solez sunt illa sex q̄ sunt a ꝑncipio cācri ꝙ librā vsqz in finē sagitarii que oia recte oriunt. Alia vo sex signa opposita de nocte ascēdunt ⁊ oia oblique in sphera obliq̄ ¶ Tercio ibi. Ecōuerso. dat cām mīme diei et maxīe noctis totius āni q⁹ scz qñ sol est in ꝑncipio capricorni circa festū scte lucie in decēbri tūc est mīma dies et maxima nox totius anni eo ꝙ tūc de die oriunt sex signa obliqua de nocte aūt sex recte. vnde tot⁹ excessus ascēsionū est de nocte et totus defectus de die ¶ Quarto ibi. qñ aūt dat cām duoꝝ dieꝝ eq̄noctialiū ꝙ qñ sol ē in ꝑncipiis arietis ⁊ libre circa festū sancti gregorii in marcio et circa festū sancte crucis in septēbri tūc dies sunt eq̄les noctib⁹ eo ꝙ tot signa recte quot obliqua tūc de die ascendūt sic⁹ ⁊ de nocte. ⁊ ideo tātus est excessus ascēsionū in die sicut in nocte. vñ tpa resultāt equalia añs ꝓbat in spicie do ascensio nē signoꝝ qñ em sol est in ꝑncipio arietis. tūc de die ascēdūt ista sex signa aries taur⁹. gemini cancer. leo. virgo. quoꝝ tria obliq̄ ⁊ tria recte oriūtur. sed de nocte oriūtur illa sex libra. scor pius. sagitarius. capricorn⁹. aquarius. pisces. quoꝝ etiā tria sunt recta ⁊ tria obliqua. sed qñ sol est in ꝑncipio libre ista sex oriūtur de die illa vero de nocte. ¶ Quīto ibi. In oīb⁹ aut dat causam diuersitatis alioꝝ dierum et noctium anni inter mediorum in sphera obliqua di cens ꝙ alii dies intermedii quandoqz sunt maiores quādoqz minores suis noctibus secundū ꝙ plura vel pauciora signa in die recte vel oblique oriūtur. vt puta illa dies est maior sua noc te in qua plura signa oriūtur recta q̄ obliqua. et tanto maior quāto plura signa fuerint recte orientia. illa vero dies est minor sua nocte in qua plura signa oblique q̄ recte oriunt. et tāto minor q̄to plura fuerit signa oblique orientia. Similiter intelligēdum est de noctibus. verbi gracia quādo sol est in ꝑncipio tauri dies est maior nocte. q⁹ tunc de die oriunt duo signa obli qua ⁊ quatuor recta. sed quādo sol est in principio geminoꝝ iam dies ē paulo maior: quia tūc de die vnicum signū oblique et quinqz recte oriuntur. similiter est quādo sol est in principio le onis aut virginis. sed qñ sol fuerit in ꝑncipio scorpionis dies erit minor nocte quia tūc in die oriuntur duo signa recta et quatuor obliqua: quādo autez sol fuerit in ꝑncipio sagittarii dies erit iam paulo minor quia tūc vnicū signū recte et quinqz oblique de die oriuntur. ⁊ ita est in telligendū quādo sol fuerit in ꝑncipio aquarii aut piscium. scitis em sex signis q̄ de die oriunt statim scimus sex signa de nocte orientia et que illorum sunt recta et que obliqua: quia vt textus dicit hec est regula generalis ꝙ qualz die artificiali mūdi similiter et qualz nocte siue breuis siue prolixa fuerit. sex signa zodiaci precise oriūt. ⁊ sex occidūt nec ꝓpt ꝓlixitatē aut breuitatē diei vel noctis plura vel pauciora signa zodiaci oriūt aut occidūt. Cui⁹ rle veritatē supra ex diffiōe horizōtis ⁊ ex obliqtate zodiaci mōstrauim⁹. scz pt adhuc ad expīētiā ꝓbari sic q⁹ cognoscētib⁹ stellas ⁊ ꝓstellatiōes celi hoc ifallibilit apparet ꝙ qñ stelle alicuius signi ascē dūt p orientē: stelle signi oppositi occidūt ex pte occidētis. nūc aūt inter duo signa opposita

Bonū experi mētū dicte re gule.

2008 Ministerio de Cultura

ſemp medietas zodiaci inꝯcipiꝫ. vnde neceſſe eſt ꝙ qñ ſtelle q̃ prius videbanꝫ oriri occidũt: ꝙ etiã ſtelle ſigni oppoſiti que occidere viſe ſũt itez oriantur. ⁊ ſic medietas zodiaci in illo tẽpore orta eſt medietaſq; occidit. ⁊ ſimiliter eſt in oĩbus aliis ſignis ex quo etiã ſequiꝫ ꝙ ab ortu ſolis vſq; ad occaſum in die ſex ſigna oriantꝫ ⁊ ſex occidant. ſiꝫr ab occaſu ſolis vſq; ad ortum in nocte. ¶ Tex. Et ex hiis. Jnfert vnũ notabile correlariũ ſcz ĩ qualz die artificiali ſiꝫr et in nocte ſiue breuis ſiue longua fuerit ſunt duodecim hore naturales. ꝙ ſic probatur hora naturalis eſt ſpaciũ temporis in quo fere medietas ſigni per oritur ſed p̃ p̃cedẽtem regulam in qualibet die vel nocte artificiali ſex ſigna oriunꝫ in quibus ſunt duodecĩ medietates: ergo in qualibet die vel nocte artificiali ſunt duodecim hore tm̃. ¶ Notãdũ ꝙ duplices ſunt hore quedam artificiales alie naturales. hore artificiales ſunt hore horologiorũ. ⁊ hee dicunꝫ tũ artificiales qz artificio horologiorũ eas cognoſcim⁹ nichilomin⁹ tñ ſũt naturales ſicut et alie Tum equinoctiales qz quelz earũ eſt ſpaciũ temporis in quo fere quindecim gradus equinoctialis aſcendũt. tum etiam equales quia vna earũ nõ eſt maior alia ſenſibiliter in toto anno. hore vero naturales ſũt ille in quibus planete dominari dicantur ſecũdum aſtrologos. et hee dicũtur tum naturales ad differẽtiam artificialium. tum temporales qz ſecũdum varietates temporũ ſcz diez et noctiũ varianꝫ. tum inequales qz hore vnius diei maiores aut minores ſunt ꝙ hore alterius. ⁊ hora vnius noctis ſiꝫr ꝙ hore alterius. ⁊ itẽ hore diei artificiaꝫ nõ ſemp ſunt eq̃les horis ſue noctis. ſed licet hore vnius diei vel noctis nõ ſĩt equales horis alterius diei aut noctis: hore tñ eiuſdẽ diei vel noctis inter ſe oẽs ſũt eq̃les ſcom aſtrologicã veritatem. ex ꝙ pz quo diffinitio hore naturalis quã autor poſuit nõ eſt p̃ciſe vera ideo ei inſeruim⁹ pticulam fere: certũ eñ eſt ꝙ nõ oĩa ſigna q̃ eadẽ die vel nocte oriunꝫ hñt eq̃les aſcẽſiones ⁊ p̃ p̃ñs nec medietates eorũ ideo nõ oẽs hore naturales eiuſdem diei vel noctis eſſent inter ſe eq̃les qđ eſt ꝓtra oẽs aſtrologos. Põt g̃ hora naturalis ſcom veritatez ſic diffiniri. hora naturalis ẽ duodecima pars arc⁹ diurni vel nocturni. vel ſic hora naturalis ẽ duodecĩa pars tp̃is diei vl̃ noctis artificialiꝫ. ⁊ dr arc⁹ diurn⁹ portio circuli eq̃noctialis q̃ ĩ toto die oriꝫ ſiꝫr dicẽdũ eſt de arcu nocturno. Qui g̃ aut p̃ aſtrolabiũ aut per tabulas aſcẽſionũ p̃dictũ arcũ cognoſceret ⁊ gradus eius per duodecim diuideret: haberet grad⁹ cuilz hore naturali illius diei vel noctis correſpõdẽtes et habitis gradib⁹ equinoctialis habetur etiã et tẽpus vt ſepi⁹ dictũ eſt. Poſſumus tñ horas naturales aliꝫ ⁊ facili⁹ ſic ĩuenire. ſciamus tp̃s alicui⁹ diei vel noctis per horas horologii nr̃i vt docebitur infra. et ex oĩbus illis horis ſimul ſumptis fiant duodecim partes equales quelz pars erit vna hora naturalis. v̀. g. dies ſancti barnabe pariſius eſt fere. 16. horaꝝ horologi g̃ ſi ſi ex eis fiant. 12. partes equales quelibet pars erit vna hora artificialis cum tercia parte hore. ſi aũt idem vellimus ſcire in die ſancte lucie que pariſius eſt fere octo horaꝝ: quelz hora naturalis nõ haberet niſi duas tercias hore artificialis ſiꝫr fiat ꝯputatio in aliis diebus ⁊ noctib⁹. ſed artificioſũ modũ reducendi horas artificiales ad horas naturales tradidit magiſter iohãnes de monte regio in ſuo kalendario. Diis horis naturalib⁹ antiquit⁹ phĩ vtebanꝫ ⁊ dominio planetaꝝ eas diſtribuebãt. vnde ſingulos dies ſeptimane ab ipſis planetis denoĩauerũt. ita vt a planeta qui in p̀ma hora alicuius diei dominatur dies illa denoĩaretur. dr aũt p̀ma hora diei q̃ incipit oriẽte ſole: q̃uis in aliis ꝯputationibus aſtrologi a meridie incipiãt. ſic igiꝫ dies ſabbati dies ſaturni dicebaꝫ antiquit⁹ dies v̀o dñica dies ſolis. poſtea ſequiꝫ dies lune et dies martis/mercurii/iouis ⁊ veneris. Sed eccl̃ia rit⁹ gẽtiliũ fugere curãs dies ſeptimane ferias vocat adiectis tamen terminis nũeralib⁹. nã p̀mus dies ſeptimane dies dñica vel p̀ma feria dr. dies lune ſcda feria. ⁊ ſic de aliis ſed dies ſabbati nũq̃ ſeptima feria repiꝫ dicta ſz hoc nomẽ ſabbatũ ex ebreis traditũ eſt. Qui ergo cognoſcere vellet quomodo hore naturales planetis diſtribuantur: hoc modo procedat per iuncturas et articl̃os quatuor digitorum manus ſiniſtre duodecim horas naturales diei computet. quibus etiam duodecim horas naturales noctis adiungat et fient. 24. hore naturales in tota die naturali. deinde videat a quo planeta denominatur dies illa: Et primam horam eidem planete attribuet. vt verbigra p̀ma hora diei ſabbati eſt ſaturni. ſcda planete ſeq̃ntis deſcẽdẽdo ſcz iouis. tcia hora plãete ſuccedẽtis ſcz martis ſic de aliis vſq; ad lunã. aq̃ itez ad ſaturnũ fiat recurſ⁹. ita vt ſatn⁹ octauã/q̃ntãdecimã/⁊ viceſimãſcdam horas bẽat. ⁊ ſic p̀ma

Duplices ſũt hore.

Que ſũt hore artificiales.

Que ſũt hore naturales.

Alia diffinitõ hore naturaꝫ

Duo mõi ĩueniendi horas naturales

Qđ antiq̃tus p horas naturales fiebat cõputatio.

Jn q̃ hora naturali regnat q̃ſq; planeta.

2008 Ministerio de Cultura

hora sequẽtis diei quarto planete a saturno scz soli debebitur z rursus fiat ꝓputatio vt in die ꝓcedẽti z ita in aliis diebus. Et ex hoc apparet rõ quare licet dies septimane a planetis denominẽtur: nõ tñ seruaꝫ talis ordo in denoiationibus dieꝝ qualis ordo ẽ planetaꝝ in celo: sz a die saturni ad diem solis aqua ad diẽ lune z ita deinceps duoꝝ planetaꝝ denoiationib⁹ dimissis semp salt⁹ fiat. quia vigiti quatuor horе septẽ planetis distribute illum ordinẽ exigũt

Solutio dubij

His etiã horis opinione mea vtebantur antiquit⁹ nõ solũ gẽtiles et phĩ sed etiã iudei. qm̃ sepius in sacra scriptura de istis horis fit mẽcio vt eñ iohãnis. ii. nõne duodecĩ sunt horе diei qõ nõ videreꝫ vex in qualibet die nisi p has horas naturales cõputãdo. cũ eñ iudea sit in tercio climate dies eius artificialis nõ semp est. 12. horaꝝ equaliũ aut artificialiũ sed qñq; .10. qñq; vero .14. horaꝝ. Itẽ mathei 20. ponit parabola de patrefamilias qui exiit ꝑmo mane cõducere operarios in vineã suã et quosdã misit hora ꝑma/alios hora scõa/alios hora sexta alios hora nona/z alios circa vndecimã horã. vbi p horã ꝑmã intelligit ort⁹ solis. z hora tcia est per tres horas naturales post ortũ solis. hora sexta per sex horas. z tũc est ꝑcise meridies scz in fine hore sexte. similiter hora nona distat p noue horas naturales ab ortu solis et ẽ tcia hora post meridiem. sed hora vndecima post ortũ solis dr̃ p vnã horã naturalẽ ante occasum solis qõ pz ex his q̃ dicunt in fine parabole: qz de his q̃ in .ii°. hora venerãt dr̃ hui vna sola hora fecerũt. de his etiã horis loquũtur euãgeliste in passione dñi: qz iohãnes dicit erat q̃si hora sexta qñ crucifixus est iesus. et matheus ait facte sunt tenebre sup vniuersam terrã ab hora sexta vsq; ad horã nonã. His etiã horis vtit romana eccl̃ia in officiis et horis ecclesiasticis dicẽdis q̃ sũt ꝑma/tercia/sexta/z nona z cete. et itẽ decreta ꝓcliorũ in dieb⁹ ieiunioꝝ hora nona dicũt cibũ eẽ xp̃ianis sumẽdũ. hanc igit horaꝝ noticia vtq ecclĩastico ẽ necessaria

Quod sacra scriptura horis naturalibus vtitur

Qõ ecclesia romana horis naturalibus etiã vtit

¶ Notandũ etiam q̃ sol tendẽs a primo puncto capricorni per arietem vsq; ad primũ punctũ cãcri raptu primi mobilis describit .182. paralellos. qui q̃dẽ paralelli z si nõ oino sint circuli sed spire: cũ tñ nõ sit in hoc error sensibilis: nulla est vis si circuli appellẽtur. de numero quoꝝ circuloꝝ sũt duo tropici z eq̃noctialis. Eos dẽ etiã dictos circulos describit sol raptu primi mobilis descendẽs a primo pũcto cãcri p libraꝫ vsq; i primũ pũctũ capricorni. z isti circuli dieꝝ naturaliũ circuli appellant. Arcus aũt eoꝝ q̃ sunt supra horizõtem sunt arcus dieꝝ artificialiũ. arcus vero sub horizõte sunt arcus noctiũ

De his q̃ habẽt sphearam rectam

In sphera igitur recta cũ horizõ rectus trãseat per polos mũdi: diuidit oẽs istos circulos in partes equales. vñ tanti sunt arcus dieꝝ q̃nti sunt arc⁹ noctiũ apud erñtes sub equinoctiali. z sici quocũq; signo sit sol semp est cis eq̃noctiũ. In sphera aũt obliqua siue decliui horizon obliqu⁹ diuidit solũ equinoctialẽ in duas partes equales. vnde qñ sol est in alterutro pũctoꝝ equinoctialium: tunc arcus diei equat arcui noctis z est equinotium i vniuersa terra. Oẽs vero alios circulos diuidit horizon obliqu⁹ in ꝑtes inequales: sed differẽter q̃n in oibus circulis qui sunt ab equinoctiali vsq; ad tropicũ cãcri et in ipso tropico cancri: maior est arcus supra horizontẽ q̃ sub horizonte. z tanto maior q̃to circulus tropico cancri fuerit ꝓpinquior. z sic in toto tempore quo sol mouet a principio arietis per cancrum vsq; in finẽ virginis maiorãtur dies supra noctes. z tãto plus q̃to magis accedit sol ad cancrũ. Econuerso aũt se habet de diebus et noctibus qñ sol est in signis australibus in oibus eñ aliis circulis quos sol describit iter eq̃noctialẽ z tropicũ capricorni z in ipo tropico capricorni maior ẽ arc⁹ sub horizonte/z minor supra et scõm ꝓportionẽ arcuum minorantur dies supra noctes. quia quanto circuli sũt ꝓpinquiores tropico hyemali: tanto minor portio relinquitur supra horizõtẽ.

De his q̃ habẽt sphearam rectam

De sphera obliqua

De diebus eq̃noctialibus

De dieb⁹ maioribus anni

De dieb⁹ minoribus

2008 Ministerio de Cultura

et ideo tãto magis minorãtur dies qñ sol fuerit ꝓpinquior principio capri-
Corrolarium corni. Vnde infertur ꝙ si sumãtur duo circuli equaliter distãtes ab equino
ctiali ex diuersis partibus: ꝗtus est arcus diei in vno tantus est arcus noc
Corrolariũ. tis in reliquo. Et ex hoc sequi videtur ꝙ si sumãtur duo dies naturãles i an
no equaliter remoti ab alterutro die eqnoctialiũ in diuersis ãni tẽporib⁹
ꝗta est dies artificialis vnius tanta est nox altertus et ecõuerso. Sed hoc ẽ
verũ ꝗtum ad iudicium sensus ex horizontis fixione. ratio tñ ꝓpter motuz
Notabile. solis in circulo obliquo contra primũ mobile verius diiudicat. Quanto qui
dem polus mũdi magis eleuatur supra horizontẽ et regiones sũt magis sep
tentrionales: tanto maiores sunt dies estatis quãdo sol est in signis septen
trionalibus. sed econuerso fit quando est in signis australib⁹ tanto enĩ ma
gis minorantur dies supra noctes.

¶. Assignat altam scõam cãm diuersitatis diez̃ z noctiũ artificialiũ, q̃ sumit penes circulos quolz die a sole descriptos. z ꝑmo ꝓmittit qdaz notabile de istoz circuloz descriptiõe. scõo ex hoc infert diuersitates diez̃ z noctiũ ibi. in sphera igit. notabile est cũ sol quolz die natu rali motu ꝑmi mobilis circulũ vnũ describat vt supra capitulo scõo dictũ est: seqtur ꝙ in toto illo tempore quo sol mouet a ꝑncipio capricorni p arietẽ vsq̃ in finẽ geminoz describat. 182. tales circulos q̃ dicunt paralelli qz quilz eoz est fere eq̃ distãs scõm oẽs ptes equinoctiali. sol eĩ quolibet die nõ perficit gradũ vnũ zodiaci. videlicet zodiacus habeat. 360. grad⁹ sol tamen discurrit eos in. 365. diebus z fere sex horis. vnde illam medietatem zodiaci iam dictam in .182. diebus cũ medio ptransit. z sic facit in ea totidez circulos paralellos. hii aũt paralelli nõ oĩno sunt circuli nec paralelli: qz finis cuiusliz eoz non ꝓiungit suo principio eo ꝙ sol in seqn ti die nõ ozit ꝑ idem pũctum horizontis ꝑ quod in die ꝑcedente ideo proprie debent dici non circuli sed spire id est circũgirationes. verũtamẽ qz non nimis distat finis circuli a ꝑncipio nec est deuiatio sensibilis: ideo nulla est vis si circuli appellent. postea vero cum sol reuertit per aliam medietatẽ zodiaci a ꝑncipio cancri per libzã vsq̃ in finẽ sagitarii eosdem .182. cir culos iterũ describit qz ꝑ tot fere dies in eadem medietate mouet. z dico eosdem qz quilibz horz circuloz intersecat zodiacum in duob⁹ pũctis equi distãtib⁹ a ꝑncipio cãcri z capricor ni. qñ ☉ sol est in illis duob⁹ pũctis zodiaci describit eundem circulũ. Isti aũt circuli cõiter di cunt circuli diez̃ naturaliũ: eo ꝙ sol quẽlibz ipoz in vna die naturali describat. Hii etiã cir culi ab horizonte in partes secãtur. z arcus eoz q̃ remanẽt supra horizõtem significant dies artificiales z dñr arc⁹ diez̃ artificialiũ. arcus vero q̃ sunt sub horizõte significant noctes et dicũtur arcus noctiũ. ¶ Ter. In sphera igit. hic ex dictis circulis infert diuersitates diez̃ z noctiũ artificialiũ. z ꝑmo in sphera recta deinde in sphera obliq̃ ibi. in sphera aũt. dicit ☉ ꝙ horizon sphere recte oẽs dictos circulos ꝑ eqlia diuidit eo ꝙ transiens ꝑ polos mundi facit angulos rectos cũ equinoctiali. z sic apud exñtes sub eq̃nocciali quolz die mũdi tãr⁹ est arc⁹ diei ꝗtus est arc⁹ noctis. z ideo in quacũq̃ pte zodiaci sit sol semp est eis eq̃nocciũ. ¶ Ter. In sphera aũt. Infert diuersitatẽ diez̃ et noctiũ in sphera obliq̃. z ꝑmo facit hoc scõo elicit vnũ corrolariũ ibi. vnde infert ꝗtũ ad primum sic ꝓcedit primo dat cãm diez̃ eq̃noctialium in sphera obliq̃ dicẽs ꝙ horizõ obliqu⁹ solũ circulũ eq̃noctialẽ in duo eqlia diuidit: eo ꝙ tan git ipm in pũctis vbi tãgit etiã ab horizõte recto: ideo qñ sol est in ꝓncipiis arietis et libze vbi eq̃noctialẽ describit: tũc arc⁹ diei ẽ eqlis arcui noctis ĩ horizõte z obliq̃ ẽ eq̃noctiũ ĩ vnũ sa tra ¶ Scõo ibi oẽs vo. dat cãm ꝓlixitatis diez̃ veris et estatis z excessus eoz supra noctes suas dicẽs ꝙ horizõ obliqu⁹ oẽs alios paralellos ab eq̃noctiali diuidit in ptes ineqles maiorẽ scz et minorẽ: eo ꝙ nõ trãseat ꝑ polos mũdi z diuidit eq̃noctialẽ ad angulos impes z obliquos. z sic ex vna pte eq̃noctialis iste horizõ ascẽdit z ex alia descẽdit. differenť tñ diuidit predictos paralellos in partes eqles qz in oĩbus illis q̃ sunt inť eq̃noctialẽ et tropicũ cãcri et in ipo tro pico cãcri maior est arc⁹ diei supra horizõtẽ ꝙ arc⁹ noctis sub horizõte. nõ tñ in oĩb⁹ equaliter sed tãto maior in aliqb⁹ ꝗto magis accedũt ad tropicũ cãcri. vñ in toto tpe quo sol mouetur

2008 Ministerio de Cultura

in signis septētrionalibus zodiaci scz a principio arietis vsq; in finē virginis (qñ p̄dictos paralellos describit qō fit in vere z estate) dies sūt maiores noctib⁹. z tāto maiores q̄nto sol fuerit ppiq̄or p̄ncipio cācri. ¶ Tercio ibi. Ecōuerso aūt. dat cām breuitatis diey autūpni z hyemis dicēs q; oēs alios palellos q̄ sūt int eq̄noctialē z tropicū capricorni z etiā ipz tropicū capricorni diuidit horizō obliqu⁹ i ptes ineq̄les talit q; minores sūt arc⁹ diey supra horizōtē q; noctiū sub horizōte. nō tñ in oīb⁹ eq̄liter sz tāto miores sūt arc⁹ diey in aliq̄bus circulis q̄nto fuerit tropico capricorni ppinq̄ores. z sic in toto illo tpe quo sol mouet in signis australibus scz a p̄ncipio libre vsq; in finē pisciū (qñ sol illos palellos describit qō fit i antūpno z hyeme) minores sūt dies artificiales noctib⁹ z tāto miores q̄nto sol fuerit ppinq̄or p̄ncipio capricorni ¶ Tex. Uñ infert. Ex supra dictis infert vnū corrolariū de ꝓpatiōe dierū ad noctes in diuersis āni tpibus. s. q; si accipiant duo p̄dictoꝝ circuloꝝ ex diuersis ptib⁹ eq̄noctialis equalit tñ ab eq̄noctiali distātes. q̄tus est arc⁹ diei in vno tāt⁹ est arcus noctis in reliquo qz q̄tū descendit horizō ex vna pte eq̄noctialis tñ ascēdit ex alta. z ex isto corrolario infert aliō. s. q; si in diūsis āni tpib⁹ acccipiant duo dies naturales equaliter distātes ab alterutro dieꝝ eq̄noctialiū vt scz si accipiat quadragesim⁹ dies post eq̄noctiū vernale z etiā quadragesim⁹ post autūpnale eq̄noctiū q̄ta est dies artificialis vni⁹ istoꝝ tāta est nox alter⁹ z ecōuerso. nō q̄dē simplicit z p̄cise sz qz nō est sensibilis dfa. cū em̄ dictū sit dies illos naturales nō ee equales sequit etiā diē artificialē vnius z noctē artificialē alterius (q̄ sūt ptes eoꝝ eq̄ multiplices) nō esse p̄cise eq̄les. vñ lz sensus inspecta horizōtis fixione in hoc equalitatē iudicet: rō tñ z veri⁹ ꝑsiderata ascēsionū varietate illoꝝ graduū zodiaci quos sol i illis duob⁹ dieb⁹ ptrāsit ineq̄litatē iudicat q̄ tñ inequalitas ip̄ceptibilis est sensui. ¶ Tex. Quāto q̄dē. Deterīat de diuersitate dierū z noctiū in diuersis ptib⁹ sphere obliq̄ septētrionalis dicēs q; in sphera obliqua q̄nto aliqua regio ē magis septētrionalis z pol⁹ mūdi magis eleuat sup ei⁹ horizōtē tāto magis crescūt dies veris z estatis supra noctes suas. tātoq; magis decrescūt dies autūpni z hyemis q; in regionib⁹ ppinq̄oribus eq̄noctiali. v. g. lz dies sctī barnabe sit maxīa dies tocius āni in q̄lz regione septētrionali. hec tñ maior ē in galia aut germania q; i yrtalia l. hyspania. sīr dies sctē lucie minima scz toci⁹ āni in qualz regiōe: minor tñ est i illis regionib⁹ q̄ istis. odē mō intelligēdū ēde noctib⁹. ¶ Notādū q; huius rei cā ex duob⁹ supradictis pōt assignari. cū em̄ dictū sit q; signa directe orientia in sphera obliqua tāto rectiora oriunt q̄nto regio est septētrionalior. signa vo obliq̄ orientia tāto magis obliq̄: sequtur q; dies i q̄b⁹ signa recte orientia ascēdūt sint prolixiores in regionib⁹ magis septētrionalib⁹: dies vo in q̄b⁹ signa obliq̄ oriūtur breuiores sīt. Si vero ad portiones circuloꝝ paralelloꝝ inspiciam⁹ etiā idē apparebit. si em̄ ppt obliq̄tatē horizon obliqu⁹ circulos dieꝝ naturaliū i ptes ineq̄les diuidit. z diuersitates dieꝝ z noctiū causat: ad maiorē horizōtis obliq̄tatē sequtur maior illoꝝ arcuū inequalitas. z maior dies et noctiū diuersitas q̄nto aūt regio ē magis septētrionalis tāto horizō ē magis obliqu⁹ q̄ ꝓpositū verum. Et ꝓfirmat qz sab eq̄noctiali existētib⁹ oēs dies sūt eq̄les noctib⁹: z ppt recessū ab eq̄noctiali dies z noctes diuersificārur z fiūt ineq̄les q; ppt maiorē recessū fiūt magis ineq̄les ¶ Ad q̄ritatē cuiuscūq; diei vel noctis vbi vis gētiū cognoscēdā scias p̄mū signū z gradū solis ico3 rīaz supi⁹ positā. deīn aspice illa sex signa q̄ post solē tali die oriūt vl̄ post gradū oppositū soli ascēdūt i nocte. tūc ex tabula ort⁹ z occas⁹ signoꝝ supra posita accipe ascēsiones illoꝝ sex signoꝝ scōm illā regionē. i. grad⁹ eq̄noctialis q̄ cū p̄dictis sex signis ascēdūt. z illi grad⁹ vocant arc⁹ diurn⁹ vel nocturn⁹. tūc arcū illū p q̄ndecī ptire z nūer⁹ q̄tiēs erūt hore. si aūt aliq̄ grad⁹ pauciores q̄ndecī remāserīt: mltiplica illos p q̄tuor z nūer⁹ pduct⁹ sūt minuta horaꝝ. z sic hēbis quot horas z minuta ptinet illa dies vl̄ nox. hoc facili⁹ fiet p tabulā ascēsionū ad horas reductā quē nūeꝝ horaꝝ z minutoꝝ si p mediū diuiseris hēbis quota hora post meridiē sol occidit si fuerāt ille hore diei vel quota hora post mediaznoctē sol oriēt i fuerūt hore noctis. v. g. āno dñi. 1496. die. 15. augusti sol est in fine p̄mi grad⁹ virginis z de die ascēdūt hec sex signa q̄ sūt a p̄ncipio scōi grad⁹ virginis vsq; ad finē p̄mi grad⁹ pisciū q̄ꝝ ascēsiones sūt ad mediū q̄rti climatis. 199. grad⁹ z. ss. minuta q̄ valēt fere. 13. horas z. 20. minuta. de nocte aūt ascēdūt alia sex signa q̄ sūt a p̄ncipio scōi grad⁹ pisciū vsq; ad finē p̄mi grad⁹ virgīs q̄ꝝ ascēsiones sūt. 160. grad⁹ z. s. minuta q̄ valēt. 10. horas z. 40. minuta. vñ illa die ortus est sol hora. s. cū minutis 20. post mediā noctē z occidit hora sexta cū minutis. 40. post meridiem.

Quomō possit sciri q̄titas diei vel noctis

2008 Ministerio de Cultura

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctorisq; celebratissimi questio secunda.

QUeritur scō vtrū dies naturales sint adiuicē ineq̄les. Et arguit̄ p̄mo q̄ nō q; dies naturalis est tp̄s. 24. horaꝝ mō oēs. 24. hore sunt oīb⁹ aliis. 24. horis eq̄les g̊. maior p̄z p auctorē in textu in p̄mo cap'lo. sed ꝓbat̄ minor q; quelz hora cuilz hore est eq̄ lis g̊ oēs. 24. hore sunt oībus aliis. 24. horis eq̄les. ꝯña est nota/ꝛ añs p̄z q; hora est tp̄s. 60. minutoꝝ vt dñt astrologi mō oīa. 60. minuta oīb⁹ aliis seraginta sunt equalia. g̊ sequit̄ q̄ oīs hora omī hore est equalis/añs iteꝝ deduceret̄ cōsimili mō semp eūdo ad equalitatem. Scō sic q; si sic sequeretur q̄ vna medietas āni esset alteri inequalis puta maior mior ꝯñs īplicat cōtradictionē q; quodlz integrū est ad quālz suarū medietatū p̄cise duplū. sed p̄z ꝯña. et capiantur due medietates āni vna a/ꝛ alia b/ꝛ ponat̄ p aduersariū q̄ dies naturales īmedietate a sunt lōgiores q̄ īmedietate b. sequit̄ q̄ medietas a/ est maior q̄ medietas b/ ꝯña tz q; medietas a ꝯponit̄ ex tot ptib⁹ sicut medietas b/ꝛ cū hoc ex maioribus. Tercio sic q; si sic sequeret̄ q̄ mēses essent inequales īmo hore ꝛ minuta. ꝯñs est falsum ꝛ ꝓbat̄ ꝯña eodēmō sicut in rōe p̄cedēti. Quarto sic q; si sic maxime esset sic q̄ in hyeme essent longiores q̄ in estate ꝯñs est falsum q; tūc medietas āni que est a p̄ncipio libre vsq; ad p̄incipiū arietis p capricornū esset maior q̄ alia medietas a p̄incipio arietis p cancrū vsq; ad p̄incipiū libre. mō illud non videt̄ īmo potius oppositū cū ꝓpter augem que est iuxta p̄incipiū cancri sol diutius videat̄ manere sub illa medietate zodiaci q̄ sub alia. sed ꝯña principalis probat̄ primo p auctorē in textu et ex alio q; dies naturalis vt habet̄ in textu ē reuolutio equinoctialis cū tāta p̄te eiusdē ꝛc. quia sol equaliter mouet̄ circa centrū sui eccētrici in equali tēpore equales angulos describēdo vt habetur in theorica. ꝛ etiā cū sol in hyeme sit ꝓpinquior centro terre q̄ in estate sequit̄ q̄ sol necessario maiorē portionē describit de zodiaco in hyeme q̄ in estate/addita g̊ cū reuolutione equinoctialis tanta p̄te quantā describit sol de zodiaco sequit̄ q̄ in hyeme dies naturalis erit longior q̄ in estate/ꝯña tenet ex descriptione diei naturalis. ¶ In oppositū est auctor in lr̄a expresse. In questione erūt duo articuli. in primo erūt aliqua notabilia/ ꝛ suppōes. in secūdo conclusiones. ꝛ obiectiones contra eas. ¶ Quantū ad primū notandū est primo q̄ dies naturalis sic describitur in almagesti. dies naturalis est tantū temp⁹ per quantū sol mouetur ab oriente per meridiem per occidens ꝛ per septentrionem quousq; redeat ad punctū a quo exiuit vel ad aliud simile/ aut est equale temp⁹ illi tēpori. Et addit̄ illud notanter ex eo q̄ astrologi non semp capiūt diē naturalē ab vno mane vsq; ad aliud sed vt in plurib⁹ incipiunt in media nocte vsq; ad aliam mediā noctē/ aut etiā a meridie vsq; ad aliā. Ex illa descriptione sequitur q̄ ad habendū certaꝫ mensurā diei naturalis oportet ad reuolutionē eq̄noctialis addere p̄tem eiusdē tantā quātam sol describit de zodiaco motu suo ꝓpio contra firmamentū ꝛ tūc aggregatū ex vna reuolutione eq̄noctialis ꝛ tāta p̄te addita vocat̄ apud plures dies naturalis. Et ob hoc describit auctor in lr̄a sic diē naturalē. Dies naturalis ē reuolutio eq̄noctialis cū tāta p̄te eiusdē quātā describit sol motu ꝓpio suo de zodiaco ꝯtra firmamēti motū. et illa descriptio est im ꝓpria sed eā ponit auctor ex eo q̄ nō possum⁹ hꝫ certas reg̃as de dieb⁹ naturalib⁹ nisi sumant̄ ex reuolutōe eq̄noctialis. Ex istis seq̄t̄ q̄ cū oēs reuolutōes eq̄noctialis sint equales: si sit ineq̄litas in dieb⁹ naturalib⁹ illa ꝓuenit ex additamēto arcus descripti a sole in zodiaco. ¶ Scō notādū est q̄ triplici de cā fit mīn⁹ additamētū ad reuolutionē eq̄noctialis de arcu descripto a sole in vna die q̄ altera. prima cā est ex diuersa ascēsiōe signoꝝ zodiaci q; vt dictū ē in q̄stione p̄cedēti vnū signū in breuiori tp̄e ascēdit q̄ aliud ꝛ ideo arc⁹ descript⁹ a sole cum est in tali signo ꝛ hoc in zodiaco motu ꝓpio maior est ex p ꝯñs cum addit̄ reuolutioni eq̄noctialis talis arc⁹ fit additamētū maius. Alia cā est eccētricitas ipi⁹ solis/ p quo aduertēdū est q̄ sol mouet̄ in spa eccētrica cui⁹ ps remotior a cētro mundi q̄ vocat̄ aux est circa finē geminoꝝ ꝛ alia ꝓpinquior q̄ dr̄ oppositū augis ē circa finē sagittarij. Supponit̄ vltra q̄ sol eq̄lit̄ ꝛ vnifor̄it̄ mouet̄ circa cētrū sui eccētrici. s. in equalib⁹ tp̄ib⁹ eq̄les āgulos describēdo circa talē cētrū. vbigfa sit cētrū solis a/ꝛ cētrū sui eccētrici sit b/ꝛ in. 30. dieb⁹ describat sol circa centrum b. angulum qui sit tercia ps anguli recti/ita q̄ in fine triginta dierum sol sit in puncto c/ et deducantur linee a b/ et b c/ continentes angulum descriptum. tunc

Primus articulus

Quid dies naturalis

Triplex causa inequalitatis dierum naturalium.

2008 Ministerio de Cultura

dicēdū q̄ in aliis .30. dieb⁹ describit equalē angulū ⁊ sic ꝓñr quousq; redeat ad suū locū. Ex istis seq̄t q̄ necessario sol circa cētrū mūdi describit ās ineq̄les. ſ. maiores dū est i opposito augis/⁊ miores dū est in auge. hoc pōt deduci ex vicesima ꝑma ꝑmi Euclidis. ⁊ vltra cū maiori āgulo circa alīq̄ cētrū alicui⁹ circuli subtēdat maior circūferēcia vt habet in vltia ꝓpōe. 6. Euclidis/ seq̄t q̄ sol maiorē portionē describit de zodiaco dū est i opposito augi .ſ. in hyeme q̄ dū est in auge. ſ. in estate/⁊ p ꝓñs maius addit amētū addit reuolutioni eq̄noctial' in hyeme q̄ in estate. et illa est scōa cā. et iste cāe solū hñt locū in sphera recta. ſz tcia cā q̄ hz locū in sphera obliqua est obliq̄tas horizōtis q̄z ꝓpt obliq̄tatē horizōtis fit maior diuersitas in ascēsione signoꝝ. ¶ Quātū ad scōm sit hec ꝑma ꝯclusio q̄ in quolz horizōte in quo sūt plures dies naturales diuersi aliq̄ sunt ineq̄les. ꝓbat ꝯclo/ q̄z oīa tpa simpliciū reuolutionū eq̄noctialis sunt adiuicē equalia ⁊ tpa reuolutionū seu ascēsionū zodiaci addita reuolutionib⁹ simplicib⁹ eq̄noctialis fūt ineq̄lia ḡ sequit q̄ cū ex illis additamētis cū reuolutionib⁹ simplicibus eq̄noctialis fiāt dies naturales: sequit q̄ dies naturales sūt adiuicē ineq̄les. ꝓña ꝛz ꝑ illā animi ꝯceptionē. ſ. si eq̄lib⁹ ineq̄lia addas ꝙ resultāt sunt ineq̄lia maior ꝑz ex dictis in q̄stione precedēti. et mior ꝑz ex dictis in ꝑmo articulo istī⁹ questiōis. vñ ibidē assignabatur triplex cā ineq̄litatis additamēto⁹ ascēsionū zodiaci cū reuolutiōibus eq̄noctialis. ſ. ꝑma ex obliq̄tate zodiaci q̄z ꝓpter hoc signa diffortit oriūt ita q̄ ꝑ maiorē arcū describit de zodiaco i vna die q̄ in alia ⁊ hoc motu ꝓprio ⁊ sic additamētū est inequale ex pte ipsi⁹. scōa cā est ⁊ principalit ex eccētricitate solis q̄z dictū est in ꝑmo articulo q̄ sol in hyeme maiorē portionē describit de zodiaco q̄ in estate ḡ additamentū q̄ addit reuolutionib⁹ eq̄noctialis in hyeme maius est q̄ quod addit in estate. tercia cā est ex obliq̄tate horizōtis. ¶ Scōa ꝯclusio est q̄ in quolz horizonte in quo sunt diuersi dies naturales tunc ꝯcūq; duo dies naturales ꝓximi sunt adiuicē ieq̄les/ ꝑz ꝯclusio q̄z eccētricitas solis magis facit ad diuersitatē dieꝝ naturaliū q̄ quecunq; alia cā mō in q̄buscunq; duob⁹ diebus ꝓximis sol aut magis appropiquat ad cētrū mūdi in ꝑmo aut in scōo aut ecōtra: ḡ oēs duo dies ꝓximi sunt adiuicē inequales. ¶ Tertia ꝯclo q̄ aliqui dies naturales in diuersis tpib⁹ ānī sunt adiuicē equales. ꝑz ꝯclusio q̄z dies naturales a principio vnius medietatis ānī vsq; ad finē eiusdē ꝯtinue vadūt crescēdo ⁊ in alia medietate eiusdē ānī a ꝑncipio vsq; ad finē ꝯtinue vadunt decrescēdo ḡ cum in vtroq; ꝓcessu fiat trāsit⁹ de extrēo in extremū tunc bis erit trāsit⁹ ꝑ mediū ⁊ sic ābo dies naturales. ſ. vn⁹ q̄ erit in medio vni⁹ medietat' ⁊ alt' q̄ erit in medio alteri⁹ medietatis erūt adiuicē eq̄les ¶ Sed aliq̄s q̄reret q̄ dies naturales sunt equales ⁊ q̄ ineq̄les ⁊ in quo tp̄e/ ꝑ quo est aduertēdum q̄ aliq̄ sunt dies naturales sensibiliter inequales ⁊ tales apud astrologos vocant dies dfntes. Sed aliq̄ sunt dies dfntes inequales tñ insēsibiliter vt duo dies ꝓximi ⁊ tales vocant dies medij seu mediocres et ex plurib⁹ mediocribus simul collectis fiunt dies naturales dfntes seu sensibilit inequales. Sed cū querit vltra in quo tp̄e fiunt equales dicēdum est q̄ dū sol intrat cācrum. ſ in auge in estate ⁊ dū intrat capricornū ſ. in hyeme sunt tunc duo dies naturales maxime dfntes. ſ. maxime sensibiliter inequales ⁊ minor est ille q̄ est in ꝓncipio cancri· sed in eq̄nocciis vt in ꝓncipio arietis ⁊ libre sunt dies naturales equales. Et hoc pōt declarari q̄z diuersitas ortus signorum nō cāt illo tunc inequalitatē q̄z aries ⁊ libra equaliter oriunt nec eccētricitas solis cāt diuersitatē q̄z sol in illis punctis est in lōgitudinib⁹ mediis recte eccētrici sui Et sic ex illis ꝑz q̄ augm ētatio ⁊ diminutio dieꝝ naturaliū recte est ꝑ oppositū augmētationis ⁊ diminutionis dieꝝ artificialiū vt ꝑz ituēti. ¶ Ad ꝓmā rōez trāseat illō. et cū dicit oēs. 24. hore ꝛc. negat hoc imo dr̄ q̄ hora hore est inequalis. q̄ ꝑz q̄z hora est ortus medietatis vni⁹ signi sup horizōtē mō medietates signorum diffortiter seu inequaliter oriūtur. Ad scōam q̄n dr̄ ꝛc. aduertēdum est q̄ dupliciter pōt capi medietas ānī. vno mō ꝑ medietate numeri dieꝝ toti⁹ ānī ⁊ illo mō ita est q̄ vna medietas est alīt inequalis q̄tū ad tp̄s. alio mō pōt capi medietas ānī ꝑ tp̄e ab ītroitu solis in aliquo signo vsq; ad tps ītroit⁹ eiusdē in signo opposito ⁊ illo modo ꝓña nō valet. Ad terciā cōceditur totū ⁊ ita est realiter· Ad quartā ꝯcedit vt bene deducit ⁊ negatur q̄ ꝓñs sit falsum. Et cū ꝓbat q̄z videt esse verum ꝓpter hoc sol ꝛc. dicit q̄ q̄z est in auge tunc magis distat a centro mūdi/ ⁊ ex hoc arcus zodiaci descriptus a sole in hyeme maior est. Auctoritas posit oppositum est ꝓ dictis. ſ. ꝓ ꝑma cōclusione ſecūdi articuli.

Secundus articulus. Prima cōclo

Scōa ꝯclo.

Tercia ꝯclo.

Quarti dubiū.

Ad rationes questionis

2008 Ministerio de Cultura

¶ Tercia pars de hiis que accidunt habitantibus in diuersis regionibus. et primo de hiis qui habitant sub equinoctiali

Tria istorum accidencia

Notandum q illis quorum zenith est in equinoctiali circulo: sol bis in anno transit per zenit capitis eorꝝ/scz quãdo est in principio arietis vel libre. ⁊ tũc sunt illis duo alta solsticia: qñ sol tunc maxime accedit ad zenit capitis eo// rum. sunt iterum illis duo ima solsticia quando scz sol est in primis punctis cancri ⁊ capricorni. et dicũtur ima quia tunc sol maxime remouetur a zenith capitis eorum. Vnde ex predictis pz q licet semp habeãt equinoctium: quatuor in anno habebũt solsticia duo alta ⁊ duo ima. ¶ Patet etiam q duas ha// bent estates sole scz existente in alterutro pũctorꝝ equinoctialiũ vel prope. ⁊ duas habent hyemes scz sole existente in primis punctis cancri ⁊ capricorni vel prope. et hoc est q dicit Alphragan⁹ q estas ⁊ hyems scz nostre sunt illis vnius ⁊ eiusdem complexionis. quoniã duo tempora que sunt nobis estas ⁊ hyems sunt illis due hyemes. Vnde ex hiis quorũdam versuũ Lucani patz exposicio Deprẽsum est hunc esse locum: quo circulus alti Solsticii mediũ signorꝝ percutit orbem. ibi eñ appellat Lucanus circulum alti solsticii equi noctialem in quo contingunt duo alta solsticia sub equinoctiali existẽtibus. orbem signorum appellat zodiacum quẽ mediũ id est mediatum hoc est diui sum in duo media equinoctialis percutit id est diuidit. Hilis etiam in anno contingit habere quatuor vmbras. cum eñ sol sit in alterutro punctorꝝ equi noctialium: tunc in mane iacitur vmbra eorꝝ versus occidentem/ in vespere ecõuerso. in meridie vero est illis vmbra perpendicularis: cum sol sit supra caput eorꝝ. cum autẽ sol est in signis septentrionalibus: tunc iacitur vmbra eorꝝ versus austrum. ⁊ quãdo est in australibus tunc iacitur versus septen// trionem. Hilis autem oriuntur ⁊ occidunt stelle que sunt iuxta polos sicut et quibusdam aliis habitantibus circa equinoctialem. vñ Lucanus sic inquit

Primũ accidens

Primũ corre larium

Secundum

Alphragan⁹.

Tercium Lucanus

Tercium accidens Lucanus

Tunc furor extremos mouit romanus orestas. Carmenosqꝫ duces. quorꝝ iã flexus in austrum Ether non totam mergi tamẽ aspicit arcton. Lucet et exi gua velox ibi nocte bootes. Ergo mergit et parum lucet. Item Ouidius de eadem stella. Tingitur occeano custos erimanthidos vrse: Equoreasqꝫ suo

Ouidius.

Virgilius.

sydere turbat aquas. In situ autẽ nostro nec occidunt ille stelle. vñ Virgi lius. Hic vertex nobis semper sublimis. at illum Sub pedibus stix atra vi

Lucanus Virgilius.

dent manesqꝫ profundi. et Lucanus. Aris inoccidui gemina clarissimus arcto. Item Virgilius in georgicis sic inquit. Arctos occeani metuentes equore mergi.

¶ Hec est tercia pars principalis huius capituli que determiat de hiis que accidunt habitan tibus in diuersis locis ⁊ regionibus terre vt magis appareat diuersitas dierũ ⁊ noctiũ supra dicta. habet septẽ pticulas scom q per septẽ diuersas regiones discurrit particule iste pate= bunt in processu. Prima est de hiis que accidũt habitãtibus sub circulo equinoctiali ⁊ ponit tria eorꝝ notabilia accidentia. scom ibi. illis etiã. tercio ibi. illis aũt. Circa primũ accidens sic procedit q primo ponit ipm accidẽs. deinde infert tria correlaria ibi. vñ ex predictis Primũ igitur accidens istorꝝ (quod fit minus ex parte accessus ⁊ recessus solis in zodiaco) est q illis q habitant sub circulo equinoctiali sol bis in ano ptingit ad zenit capitis eorꝝ. scz qñ est in duo=

bus pūctis equinoctialibus q̄ sunt p̄ncipia arietis ⁊ libre. tūc em̄ sol describit eq̄noctiale ꝫ vt dictū est. ⁊ tūc habent duo alta solsticia: eo q̄ solsticiū altū dicim⁹ qñ sol maxīe accedit ad ze nit capitis nr̄i et inde incipit recedere: ⁊ hoc istis accidit qñ sol est in p̄incipiis arietis ⁊ libre tūc em̄ sol in meridie tāgit zenit capitis ip̄oz. hñt etiā duo īma solsticia sc̄z qñ sol est in capiti bus cācri ⁊ capricorni q̄ solsticiū īmum dicimus qñ sol maxīe recedit a zenit capitis nostri ⁊ inde incipit accedere. ⁊ hoc accidit istis qñ sol est in p̄dictis punctis. tūc em̄ sol maxime remo uet a zenit capitis ip̄oz. ¶ Ex p̄dictis. Infert tria correlaria. p̄imū est q̄ licet habitātēs sub eq̄noctiali semp habeāt eq̄noctiū: nichilomin⁹ habēt in anno quatuor solsticia vt dictuz est q̄ tm̄ videt mirabile cū solsticia ap̄ nos sint maxīe ineq̄litates dier̄ ⁊ noctiū q̄ nobis due tm̄ accidūt quolz āno. ¶ Ex. P̄atet etiā. scd̄m correlariū est q̄ in tali regione sunt due esta tes ⁊ due hyemes nūq̄ tm̄ ver aut autūpnus. P̄imū p̄z quia estatē dicim⁹ qñ sol maxīe acce dit ad zenit capitis nostri. istis aūt sol bis maxīe accedit vt dictū est sc̄z sole exīnte in alterutro eq̄nocti or̄. Scd̄m p̄z quia hyēs dr̄ qñ sol maxīe recedit a zenit capitis nr̄i q̄ istis bis in anno accidit sc̄z exīnte sole in p̄mis pūctis cācri ⁊ capricorni. Et cōfirmat hoc auctoritate alphra gani q̄ dicit q̄ estas ⁊ hyēs q̄ nobis ita differētes sunt in cplexionibus suis: illis sunt vnius ⁊ eiusdem cplexionis q̄ sunt eis due hyemes. nō q̄dem q̄ tūc eis frigus vigeat: sed quia tunc est eis mīma caliditas totius āni ¶ Ex. Unde ex hiis. Terciū corrrelarū est q̄ ex predictis potest haberi expositio quorūdā versuū Lucani libro nono farsalie cū dicit. deprēsum est id ē cognitū est hūc eē locū in quo circul⁹ alti solsticii id est eq̄noctialis mediū id est p̄ mediū orbē siguor̄ id ē zodiacū pcutit. i. diuidit. Nisi em̄ hoc ver̄ esset q̄ circul⁹ eq̄noctialis aliq̄bus eēt circulus solsticii nūq̄ posset saluari dictū Lucani in veritate. quis em̄ intellexisset q̄ p̄ circu lū solsticii designat nobis equinoctialis nisi hoc p̄cognito. ¶ Ex. Jllis etiā. Ponit scd̄m accidens istor̄ qō sumit ex pte vmbrar̄ tale: q̄ eis p̄tingit in anno habere quatuor vmbras quolz em̄ die cū sol orit habēt vmbrā versus occidentē cum aūt occidit sol hñt illā versus ori entem. ⁊ cum sol est in alterutro punctor̄ equinoctialiū in meridie habēt vmbrā p̄pendicu larem id est vmbrā solū sub pedibus. q̄ cum sol sit in zenit capitis illor̄ illuminat eos ad oēm dr̄am positionis p̄tēq̄ deorsum. hec tm̄ vmbra p̄pendicularis nulla reputat ab auctore ideo notanter dicit quatuor vmbras ⁊ nō q̄nq̄. qñ aūt sol est in signis septētrionalib⁹ versus can crum in meridie habent vmbrā australē contra polū meridianū directā. ⁊ qñ est sol in signis australib⁹ ppe capricornū tūc in meridie habēt vmbrā septētrionalē p̄tra polū arcticum. sic igit p̄z q̄ habēt quatuor vmbras p̄ter vmbrā p̄pendicularē que porrigunt ad quatnor mūdi angulos vt em̄ perspectiui dicūt vmbra corporis opaci semp hz oppositū situ corpori luīoso ¶ Ex. Jllis aūt. Ponit terciū accidēs de ortu ⁊ occasu quarūdā stellar̄. q̄ scz illis nō soluz stelle q̄ sunt in medio celi sed etiā ille q̄ sunt iuxta polos quotidie oriunt ⁊ occidūt p̄ horizōtē q̄ nobis nō accidit. ⁊ nō solū hiis q̄ sunt sub eq̄noctiali sed etiā q̄busdā aliis sibi vicinis stelle que sunt iuxta polos orunt et occidūt. ⁊ hoc p̄bat auctoritate Lucani libro tercio q̄ sic īquit. tūc. i. illo tp̄e de quo narrat hystoriā furor romanus. i. romanor̄ q̄ bella agebant mouuit vt venirēt i eor̄ auxilliū Orestas gētes meridionales a regōe sic dictas extremos. quia eor̄ hī tatio vltīa ē versus austrū. Carmenosq̄ duces a carmīa regiōe nidor̄ dictos q̄ etiā p̄pria est eq̄noctiali. quor̄ ether. i. celū vel zenit aut hem isperiū iā flexus. i. inclinat⁹ in austrū. i. circa eq̄noctialem aspicit arcton id est vsam mergi id est occidere in aliq̄ hora. nō tm̄ totaz q̄ nō sūt directe sub equinoctiali. et boetes que est vna stella vrse maioris. velor̄ q̄ statiz orit ⁊ occidit lucet ibi exigua nocte id est paruo tēpore noctis. ⁊ ideo subiūgit autor q̄ mergit ⁊ parū lucet Et item dicit Ouidi⁹ de eadē stella boete in eadē patria: custos sc̄z boetes scd̄m fictionē poe ticā. vrse erimāthidos. i. vrse maioris ab erimātho silua dicte in q̄ cū facta est vrsa errabat. tin git occeano. i. occidit. ⁊ turbat aq̄s equoreas suo sydere. i. sua luce q̄ aq̄ vident rubicūde ali quo sydere occidēte. Qō aūt in regione nr̄a nō occidāt iste stelle q̄ sunt iuxta polū: p̄z ex Uir gilio in p̄mo georgicor̄. hic vertex nobis ꝛc. ⁊ exponit vt supra in capō scdo. P̄z etiā ex Lu cano dicēte arctis id est pol⁹ in occidu⁹ q̄ septētrionalib⁹ nūq̄ occidit. larissim⁹ gemina arcto id est duplic vrsa. et itē Uirgili⁹ i georgicis ait arctos. i. vrsas duas metuētes mergi equore occeani. i. occidere q̄ scd̄z fictionē poeticā timēt thetim deā maris vt supra diximus.

Boreste

Carmani

2008 Ministerio de Cultura

¶ De hiis quoꝝ zenit est inter equinoctialē ⁊ tropicū cancri.

Primū accūs

Illis aūt quoꝝ zenit est inter equinoctialem et tropicū cācri cōtingit bis in anno q̄ sol transit per zenit capitis eoꝝ qđ sic ꝓz. Intelligatur circulus paralellus equinoctiali transiens per zenit capitis eoꝝ. ille circulus intersecabit zodiacum in duobus locis equidistātibus a principio cancri. sol igit existis

Scōm accūs.

in illis duobus pūctis trāsit bis p zenit capitis eoꝝ. Unde duas habent estates / ⁊ duas hyemes / quatuor solsticia / ⁊ quatuor vmbras sicut existētes sub

Arabia felix.

equinoctiali. Et in tali situ dicūt quidam arabiā esse. vnde Lucanus loquēs de arabibus venientibus romā in auxiliū ponpeio dicit. Ignotū vobis ara

Lucanus

